ꝫ de regno ip̄m ꝓiecit q̄a
p̄ceptū ei⁹ nō custodiuit q̄ꝫuis saul
pio ope qđ p̄tēdebat se excusādū
putaret Uideāt multi qui sibi ec̄
leuissimas fingūt excusatōes Qui/
bus ɔtenti audacter agūt que nō
licēt. caueant ne sil̄e periculuz cum
saule incidāt Scđm exemplū est
ij. regl. vi. de oza qui licz cām vrgē
tem hr̄et vt tangeret arcaz dei q̄a
declinauit ad casū tn̄ interfectus ē
a dn̄o pro temeritate. q̄ soluit p̄ce/
ptū de nō tangenda arca dn̄i nisi
a sacerdotib⁹ Quid ergo de illis
dicem⁹ qui spōtanee fabricant sibi
causas q̄bus de trāsgressione p̄ce
pti dei excusari putāt Quid agūt

nisi ꝙ se ipos decipiūt et cecos faciūt qñ sibi ipis securitatē statuentes ꝯsciam deponūt et de pccō in pccm corruūt. Tertiū exemplū est.iij.R.xiij.ca.de q̄dā ꝓpha misso de iuda ad hieroboā in bethel p̄ceptū a dño hñte ne in loco illo comederet aut biberet qui ibi comedēs fuit grauiter punit⁹ licet inductus et decept⁹ fuēit a ꝓpha loci illius dicēte sibi ꝙ et ipe ꝓpheta eēt ꝙ dñs iusserit vt secū ꝯmedēt et q̄uis ita decipeꝛ nihilomi⁹ de⁹ ꝓpham suū ꝯsentientē falso ꝓphe et cōn p̄ceptū dei cū illo ibi ꝯmedentē a leone interfici fecit ⁊ cadauer ei⁹ in sepulcrū pr̄m suoꝝ ob h̄ nō inferendū p̄dixit.

Capi.xix.in quo hortātur diuites vt nō credant sibi de excusationibus quas fingūt.

Videāt ergo de q̄bus ē sermo si ita ꝓbabilē cām habeāt faciēdi qd̄ faciūt aut nō subueniēdi de supfluo diuitiarū suaꝝ paupib⁹ sicut iste ꝓpha habuit ab illo ꝓpha appenter psuasus atq̄ decept⁹ Et qꝛ tantā nō vident h̄re cām Jō merito si in hac re attēdē velint vt dñt damnatōnē nō putatā hñt formidare et vltra si hanc timeāt ⁊ fluctuēt sicut rōnabilit̄ in hac materia dñt an causa quā p̄tendūt sit sufficiens excusare eos Nōne hoc dubietatis pēdulo pseuerāte p̄ceptū dei intrepide soluētes mōrliter peccāt? Utiq̄ sic. q̄a suā volūtatē d̄ine voluntati p̄ponunt et deo repugnare non metuunt q̄daꝫ puipēsio ⁊ quidā ꝯtēpt⁹ est Attēdere diligent̄ dñt isti ꝙ nemo admittit̄ iudex in cā ꝓpria ⁊ h̄ ꝓpter affectionem cuiuslibet ad se ipm Et ꝙ nemo in reb⁹ amat aut exosis rc̄e iudicat qꝛ iocholomeo teste Amor ⁊ odiū puertūt iudiciū Et iuxta aristl.sñiam. Quisq̄ artifex circa opa sua cōiter in iudicādo decipit̄ eo ꝙ que ipe fecit alijs melioribꝰ p̄ferre solet Sic ⁊ acceptio muneꝝ ꝓhibet̄ deut̄.xvi. Ne affectio inde surgēs ad dantez puertat iudicē Quō ēgo diuites ad diuitias et alij q̄cunq̄ pccōres ad res in q̄bus peccant nimiū affecti poterūt esse equi iudices de caus̄ an sufficiāt q̄bus se excusare laborant Et spēaliter diuites de reseruādis diuitijs ꝓprio iudicio credē nō dñt sed illud suspectū h̄re et p̄cipue tempe pñti nostro in quos fines seculoꝝ deuenerunt In quo sicut ex veteri corruptela decrescit vita crescit auaricia Dū breuis vite periodus sicut et senectus de cōseruatione in longū debilis vite diuitijs sustentāde magis solicitos et ob hoc tenaciores efficiat mortales Recte ergo cōsulitur diuitibus si tamē recipere velint cōsiliū Ne in hoc casu prudentie sue innitantur aut ꝓprio iudicō credāt Sꝫ potius stent secure iudicō scp̄ture et doctoꝝ salubri nulla affectione aut carnali amore obliquato quo recto vt patuit sentētiatū ē vt de his que supersūt diuitib⁹. Ipsi in

vita sua sua subueniāt pauꝑibus aut alias ad honorem dei impendant et suꝑflua nō vsqꝫ ad mortē reseruent vel impēdere differant

Capi. xx. in quo tangit

moderatio obligationis in subueniendo pauꝑibus

Hic suꝑioribus addendo primo ꝙ non excusat diuites suꝑflue hn̄tes a transgressione diuini p̄cepti si nemo indigentiū ab eis mutuū petat quia ꝙ iam nō petitur ab eis est ex impietate qua inualescēte pauꝑibus mutuare nō ꝯsueuerūt sed eos potius ad vsurarios publicos remittere quod eos nō excusat eo ꝙ sciunt plurimos indigentes esse qui vsuris om̄ino destruūtur et destructi sūt. ¶ Dico scd̄o ꝙ nō semper diues suꝑflue habēs negans mutuū petenti peccat cōtra dictuꝫ p̄ceptū patꝫ quia diligēter attendē cui et quali et q̄ntū mutuandū sit ne mutuo recipiēs abutatur mutuatis stulte aut inutiliter sibi ⁊ aliis illa ꝯsumendo vel impēdendo: melius est eni aliq̄bus indigentiā magnā hn̄tibus nō mutuare vel non dare q̄ꝫ dare. ¶ Posset queri hic an expediret reipublice indigētes gratis hr̄e a diuitib⁹ copiā mutuare Videt̄ ꝙ nō ꝓpter indigentes malo's aut se indigentiā habē fingētes a q̄bus diuites plurimū deciperent̄. et ꝓpter deceptores qui abutēdo mutuatis peiores fierēt. Igit̄ Itē si indigētes scienter sibi gratis mutuandū esse plures recipere vellēt pecunias mutuo q̄ꝫ mō Et ita pl̄imi tātū recipent ꝙ finaliter soluere nō possent sic qꝫ pl̄es destruerent̄ tūc q̄ꝫ nūc ꝑmisso mutuo ad vsurā Rn̄detur ꝙ simpliciter melius esset reipublice oēs vere indigētes gratis habē oportunitatē mutui q̄ꝫ ꝑmittere mutuum ad vsurā. quia felix vtiqꝫ esset illa ciuilis ꝯmunitas que taliter fuissꝫ instituta vel adhuc institueret̄ Itē viciū impietatis et illiberalitatis ē causa ꝑmissionis mutui ad vsuraꝫ igit̄ Itē mutuū dare gratis ē magne virtutis et pietatis sicut patet hoc infra capl̄is ¶ Ex p̄missis clare deduci pōt ꝙ in quib⁹ casibus tꝑaliter diuites nō faciendo opa pietatis peccāt mōrliter In similibus casib⁹ peccāt nō minus grauiter diuites spūaliter qꝛ maior pietas est addēda ad eos qui pauperes sūt in spūalibus vt ignorātes ⁊ pcc̄ores tales eni miseriores sūt his qui solū carētia rerū vtiliū miseri sūt Medic⁹ ergo diues in arte medendi hn̄s nc̄itatē rerum vtiliū nō faciens pietatē in medendo infirmos peccat grauiter Idem est de diuite in scia iuris si nō cōsulendo iniuriā patiētibus Idē de diuite in sciētia theorica nō reducente peccatores ad iustitiā et errantes ad veritatē qn̄ et vbi oportune h̄ occurrit.

Cap. xxi. oñdens ꝙ mutuare gratis cadit sub precepto ⁊ ꝙ vsura est mortale peccatū

Secūda ɔclusio ꝙ supabū
dans in rebus vtilib⁹ tene
tur gratis mutuare indi/
gētibus Ista ɔclusio deducitur ex
p̄cedēti ꝑ hoc ꝙ si diues largitōe
seu donatōne tenet̄ subuenire indi
gentib⁹ vt visum est a fortiori tene
tur ad hoc mutuatione qꝛ donatō
est cōmutatio per quā aliq̄s rem
suā transfert in aliuz sine spe reha
bendi ip̄am vl̄ similē Et sine pacto
remuneratiōis graui⁹ est ergo da/
re simplicit̄ q̄ꝫ mutuare cū cautiōe
de rehabēdo rem simili post tp̄us
et intētione nihil vltra valorē mu/
tuati recipiendi Si ergo hō abun
dans tenet̄ subuenire pauperibus
Primo mō a fortiori tenebitur ad
idē Scd̄o mō iteꝝ patz ɔcl̄o illa
s̄m se ex verbis xp̄i luc̄. vi. vbi dr̄.
si mutuū dederitis his a q̄b⁹ spa/
tis recipe. que gr̄a vobis est? q̄si
dicat nulla Subiūgit ergo dicens
Mutuū date nihil inde sperantes.
vbi nō min⁹ imo magis ex dictis
videt̄ p̄ceptiue locut⁹ esse de simili
bus illis de quibus alibi dixit de
his que sup̄sūt vobis date eliam.
Si ergo de sup̄fluis dare paupi/
bus cadit sub p̄cepto A fortiori
de his que sup̄sūt mutuare cum h̄
min⁹ grauet q̄ꝫ dare Itez ꝙ ibi p̄
ceptiue loquat̄ volūt doctores cō
muniter Nñ vt dicit btūs thōas
q̄ꝫuis homo nō semꝑ tenear̄ dare
mutuū ac s̄m hoc sit ɔsiliū Verun
tñ quo ad hoc ꝙ hō de mutuo ñ
q̄rat lucrū cadit sub rōne p̄cepti.
Item ꝑ q̄one argnit̄ sic Mutuare
pecuniā indigēti cuz obligatione
ip̄ius ad reddendū plus q̄ꝫ mutu/
atū fuit pcc̄m mōrle est qꝛ mutua/
tio est vsuraria quā deus ꝓhibet
sicut dicit btūs aug⁹ sup̄ illud p̄s.
Tota die miseret̄ et cōmodat Et
cassiodor⁹ supra illud psalmi. xiiij.
Qui pecuniā suā nō dedit ad vsu/
ram dicit viciū cupiditatis est exi
gere velle qd̄ te nescias cōmodas/
se Nñ Ethereus in descp̄tione vi
ri iusti ponit̄. ꝙ ad vsurā nō ɔmo
dauerit et amplius nō recepit Et
ibidem in descriptione viri iniusti
ad vsuraz dantis et amplius acci
piētis. subiūgit̄ morte morier̄ Itē
Exodi. xxij. Si pecuniā mutuo de
deris ꝓpl̄o meo paupi eo qui habi
tat tecū nō vrgebis eū q̄si exactor
nec vsuris opprimes Itez in scp̄tu
ris vsura ɔiūgitur dolo qui de se
viciū est vbi dicitur. nō defecit de
plateis eius vsura et dolus Item
est cōtra p̄ceptū de dilectione ꝓxi/
mi sicut te ipm. quō eni diues hoc
p̄ceptū seruare diceret̄ qui taliter
mutuādo nō r̄leuat indigētes sed
grauat ip̄os indigētiores redden
do et finaliter ad extremū inopie
redigendo Item est ɔtra illa duo
p̄cepta nature in scripturis sacris
ɔmemorata quoꝝ vnū est ab ipso
sic exp̄ssum qd̄cunqꝫ vultis vt fa/
ciant vobis hoies eadē facite eis
Aliud est qd̄ nō vis tibi fieri alte
ri ne feceris. Si ergo talit̄ mutuo
dare est tā grauis et damnabilis
culpe vtiqꝫ oppōitū videlz mutuū
dare et nihil tēpalis inde sperare
erit de nc̄itate salutis diuitibus vl̄
notabilit̄ supabūdantib⁹ Ptz ēgo

veritas scde oclonis Ex qua et
pma deducit tertia videlz q sup
abūdātes in rebus vtilib⁹ tenent
sub incursu mōrlis culpe etiā cete
ris omutationib⁹ subuenire indi
gētibus Ista cōclo sequit ex dua
bus pcedētib⁹ p locū a minori qz
facili⁹ est diuiti succurrē ncitatib⁹
paupm vēditione mōis sup dcis
qz rerū suaꝝ datione vel mutuati
one vt aduertēti clarū est Sic ⁊ fi
deiussione et reꝝ accōmodatōne.
diues iuuamē pstare pt sine ꝓprie
tati s alienatiōe ꝛc.

Ca.xxij.ondens vsurā

esse prauā etiā naturali ratione

HIs itaqz generali quadā
h osideratōne pmissis Jaz
magis ad particularia in
hac matia descēdendo occurrunt
varij mōi quos multi diuites vel
qui diuites fieri cupiūt putant lici
tos ad subueniēdū egentib⁹ et qsi
succurrēdū indigētijs cōib⁹ hoim
qnqz inopinate exortis ihoꝝ mo
doꝝ pm⁹ est p otractū vsurariuz
aptū. Scds est p cōtractū vsura
riū palliatū Cui⁹ otractus multe
spēs sūt Quedā manifestiores ⁊ q
dam occultiores Quedā in tātum
occulte sūt apud modernos q ar
dore hndi ingeniū agitāte p oēs
industrias et cautelas opes adq
rendi Jā inuēti sūt ples otractus
tā colorati et fucati q difficile est
discernē quō sint illiciti ex impieta
te vsure aut auaricie. aut alia iniq
tate specie pietatis vel iusticie vel
vtilitatl. obūbrata Quātū ergo
ad pmū. otractus apte vsurarius
etiā rōne naturali ouincit de se p
uus et iniqu⁹. hoc eni viderūt phi
solū naturali lumi innixi Unū Ari
stotl. iiij. eth. dicit simplr vsurari
os illiberales esse Unde ibidē de
meretricio pastis et vsurarijs dic
isti omes vn nō oportz accipiūt et
qntū nō optet. cōe aūt in ipis tur
pis lucratio. oēs eniz tales gra lu
cri praui o ꝓbria sustinēt Solent
ad idez plures rōnes fieri a phis
et alijs Quaꝝ pma sumit ex hoc
q omis hō naturali oditione ani
mal ē ciuile ⁊ cōicatiuū pmo poli
tice ꝓpt qd ex hmōi nature debito
alti obligat ad id qd ipi pdest ⁊
sibi nō nocet Nō ē aūt rōni osonū
in illo reqrē lucrū ad qd qs altēi
ex debito obligat igit ꝛc. Scdo
arguit ex oditione mie nā mia est
tristitia de miseria alteri⁹ Natura
le aūt est velle oppositū eius qd in
fert tristitiā si ad hoc nō sit alteꝝ
malū ons ⁊ ānexū qz tristitia stu
pefacit et corrūpit naturaz hntis
tertō ethicoꝝ ergo ex oditōe mie
ratō dictat q hō releuet a miseria
vicinū aut amicū si pt absqz nocu
mēto Pōt aūt aliqn dādo et tūc
rō dictat et iubz dare liberalit Si
āt dare nō pt sn detmēto tn pt ali
qn mutuādo releuare Et tunc rca
ratō dictat mutuare liberalit sine
lucro Cape eni vltra sortē nō est
releuare. ꝫ poti⁹ aggūare. qm pau
peri satl. esset graue exoluere pnci
pale Itē arguit ex oditōe liberali
tatis qz lucrū ab indigēte exposcē
illū qui nulluz ab eo dānū recipit
turpis lucratio est et ad illiberali
tatē spectat Est eni accipe vbi nō

oportet Sz sic facit diues capiẽs vltra sortẽ. ergo Itẽ arguũt ex cõditione iustitie q̃ in eq̃litate dãni ⁊ lucri ꝯsistit qm̃ iniustuz est ꝓ re sel solũ ꝯmutata pluries p̃ciũ recipe nõ eni ꝑuaret eq̃litas. sed sic fit in vsura. hoc patz ex eo ꝙ nõ est alia trãslatio pecunie q̃ ad vsuz et alia quo ad dñiũ ꝫ eadẽ qꝛ pecunia ẽ de reb⁹ q̃rũ vsus ipaꝝ est ꝯsũptõ Cũ ergo vsurari⁹ de pecunia mutuãda pactum facit de rehabẽdo tãtũ Et iteꝝ ꝓ tpe credẽtie de habẽdo certã sũmã q̃si esset vẽditio vsus a vẽditõne dñij distincta Manifestũ est ꝙ ipe pluries capit p̃ciũ ꝓ vnica sue rei ꝯmutatione. ergo iniust⁹ Itẽ qui p̃ciũ ex pacto petit de re q̃ non est sua ꝫ isti⁹ a q̃ petit est iniust⁹ et tanq̃ꝫ raptor hñdus talis aũt est om̃is vsurari⁹ Probatio qꝛ in traditione pecunie statim ipa fit recipientis ꝓ qua tñ traditione obligat̃ de naturali iure recipiẽs ad reddendũ eq̃le ⁊ nõ plus nisi forte ꝙ tradẽti teneret̃ satisfacere de labore Sic̃ posito ꝙ vsurarius tradat decẽ libras alteri ⁊ laborẽ tradendi et recipiẽdi velit sustinere ꝓ trib⁹ denarijs. Et si p̃ciũ capit ꝓ tpe credẽtie signũ ẽ manifestũ ꝙ nõ de suo petit lucrũ. ꝫ de illo qd̃ ei⁹ est a quo petit Nõ ẽ ergo vñ recipiat vltra sortez nisi de tpe. vẽdit ergo tpũs. hoc ãt ẽ cõn deũ et naturã q̃ dederũt tp̃s oib⁹ in cõmuni.

Ca: xxiij. ostẽdẽs ꝑsuasiones q̃bus videt̃ vsura licita

Sed dicit aliq̃s vsuraie impietatis defensor qd̃ imo ẽ Vñ mutuãs p̃t licite vltra sortẽ recipe vtpote in releuatione dãni vel impedimẽti in lucrando qd̃ ex carẽtia pecũie ꝑ tãtũ tp̃s incurrit. Sed si hoc valet tunc cãpsores et mercatores possẽt licite pecuniam mutuare ad vsurã dũmõ nõ pl⁹ vltra sortẽ recipent. q̃ꝫ de illa cambiendo ⁊ mercãdo lucrarent̃. hoc stare nõ p̃t. eo ꝙ et illi ꝯuincũt̃ rõnib⁹ p̃dictis ꝓ eadẽ cõmutatione pluries p̃ciũ recipe Itẽ ꝯuincunt̃ vẽdere qd̃ suũ non est. s. tp̃s et recipere de nõ suo Nec optet ꝙ si hõ ꝑ aliq̃ modũ licitũ p̃t tãtũ de sua re hr̃e ꝙ ꝓpter hoc oĩs mod⁹ sit licit⁹ ꝑ quẽ de ipa ñ capet̃ nisi tãtũ

Sz videt̃ adhuc ꝙ modus ille r̃cipiẽdi de re sua sit licit⁹ qꝛ vtriq̃ scz mutuãti et mutuũ recipiẽti est vtilis et volũtari⁹ Itẽ si esset ꝑm se p̃uus leges dictamie rõnis naturalis posite ꝯtract⁹ vsurarios ñ ꝑmitterẽt et oĩno de⁹ ꝓhibuisset illos in lege quã dedit ꝓplo suo cuius tñ cõnriũ repit̃ sicut ptz deut̃. xiij. vbi dicit̃ nõ fenerabis fr̃i tuo pecuniã ad vsuraz nec fruges nec aliã quãlibet rẽ sed alieno. fr̃i aũt tuo absq̃ vsura id qd̃ indiget cõmodabis vt bñdicat tibi dñs de⁹ tuus Et qd̃ pl⁹ est Fenus etiã in p̃miũ re ꝓmittit̃ ꝓ lege ꝑuata ꝑm illud deut̃. xxviij. Fenerabis gẽtib⁹ multis. et ipe a nullo fen⁹ accipies

Ca. xxiiij. in q̃ ponũt̃ rñsiones ad ꝑsuasiões ꝓ vsura fc̃as

Ad p̃mũ rñdet̃ ꝙ cõtract⁹ vsurari⁹ nõ est simpl̃r volũtari⁹ qꝛ nisi petens mutuũ nc̃itate cogeret̃ vel artaretur

nō obligaret se mutuāti ad reddē/
dū vltra sortē Est etiā ɔtract⁹ ille
nociu⁹ recipiēti qꝛ cogit̄ pl⁹ reddē
q̄ꝫ recepit et ergo cōtractu facto
paupior est q̄ꝫ fuit añ Nec atten/
dendū est ad sequentē rei euentuꝫ
qꝛ euent⁹ vel ꝓfectus sequens for
tuite vl̄ ex laboē mutuū recipiētis
nō iustificat ɔtractū p̄cedētē de se
p̄uū Etiā qꝛ vsurari⁹ ad ꝓfectuꝫ
recipiētis ad vsurā nō respicit sed
solū ad ꝓpriū lucrū Sꝫ nōne dās
mutuū sine obligatione recipiētis
vltra sortē licite possit recipe post
aliq̄ volūtarie oblata vt ꝓpinas
encenia ꝟuitia et honorē Rñr ꝙ si
mutuās spe obtinēdi hmōi ɔcessit
alteri pecunias. nō licet Sin aūt li
cere videt̄ nisi talia rependēs gra
uet̄ aut solū rōne mutui talia exhi
beat mutuāti al's nō facturus.
Ad scd̄m rñdet sc̄us Thōs ꝙ le/
ges hūane ꝑmittunt aliq̄ pcc̄a im
punita ꝓpter ɔditiōes hoīm imꝑ
fectorū in q̄bus multe vtilitates
impedirent̄. si oīa pcc̄a districte ꝓ
hiberent̄ penis adhibitis Et ido
vsuras lex humana ɔcessit nō esti/
mās eas esse ꝟm iustitiā. ꝫ ne impe
dirent̄ vtilitates multoꝝ Unde i
ip̄o iure ciuili dicit̄ ꝙ res q̄ vsu cō
sumūtur neqꝫ ratōe naturali neqꝫ
ciuili recipiūt vsufructū et ergo ꝙ
senat⁹ nō fecit eaꝝ rerū vsufructū
neqꝫ eni poterat ꝫ q̄si vsufructū ɔ
stituit ɔcedens scꝫ vsuras et ergo
ph̄us naturali rōne duct⁹ dicit in
p̄mo politicoꝝ ꝙ vsuraria adqui
sitio pecuniaꝝ est maxie p̄ter natu
rā. Ad tertiū de lege dei dicit ꝙ
iudeis ꝓhibitū fuit accipe vsuraꝫ
a fr̄ib⁹ suis scꝫ iudeis Per qd̄ dat̄
intelligi ꝙ accipe vsurā a q̄cunqꝫ
hoīe est simpl'r malū. debemus eni
hr̄e oēm hoīem q̄si ꝓximū et fr̄em
p̄cipue in statu euāgelij ad qd̄ om
nes vocant̄ Unū in psal. absolute
dicit̄ de viro iusto qui pecuniā suā
nō dedit ad vsurā Et ezechiel. xv
iij. Qui vsurā nō accepit. Q. āt ab
ex̄neis vsurā acciperēt nō fuit eis
cōcessū q̄i licitū ꝫ ꝑmissū ad mai⁹
malū vitādū ne. s. a deū colentib⁹
vsuras accipent ꝓpt̄ auariciā cui ni
mis dediti erāt vt habet̄ ysa. lvi.
Oēs inq̄t in viā suā declinauerāt
vn⁹ quisqꝫ ad auariciā suā a sūmo
vsqꝫ ad nouissimū Q. aūt in ipsis
in p̄miū ꝓmittit̄ Fenerabis genti/
bus multis ꝛc. Rñr ꝙ fen⁹ ibi lar/
ge accipit̄ ꝓ mutuo. sic̄ ⁊ Ecc̄i. xx/
ix. dicit̄ Multi cā neq̄cie ñ fenerati
sūt id ē nō mutuauerūt. ꝓmittit̄ er
go in p̄miū iudeis abūdātia diui/
tiarū ex qua ɔtingit ꝙ alijs gratl.
mutuare possūt ac per hoc ꝟtutē
laudē et gloriā obtinē Scd̄m hoc
ergo semꝑ pcc̄m fuit de cōi cursu
apud gētiles et iudeos cōcedere
ad vsurā qꝛ et cōtra legē nature ⁊
legē dei scp̄taꝫ veterē ⁊ nouā Pec
cauerūt tñ ꝟm magis et minus qꝛ
iudei min⁹ peccauerūt concedēdo
ad vsurā gentilibus q̄ꝫ fr̄ibus suis
iudeis Et forte ꝙ a q̄busdaꝫ gen
tibus ceperūt vsuraꝫ sine peccato
videlꝫ ab ipsis gētibus quas cuꝫ
bonis earū deus condemnauit iu
deis sicut sine peccato abstulerunt
ab egyptijs vasa ⁊ vestes accōmo

datas eo q̄ deus cui⁹ omnia sunt dedit ꝑplo suo res illas. secus autē erat de aliis gētibus nō cōdemnatis iudeis sicut erāt Babylonij ⁊ ceteri multi q̄bus ad vsurā ɔcedēdo peccauerūt.

Ca. xxv. de pccō vsure iudeoꝝ et xp̄ianoꝝ tp̄e moderno

Et adhuc peccāt in h̄ nūc longe magis q̄ꝫ tūc. quia si quā defensionē aut pcc̄i alleuiationē habuerūt ex lege veteri ꝑmittente eos recipe vsuras ab extraneis vt allegatū est tñ illa excusatō cessauit om̄ino post aduētum xp̄i qui legem veterē quo ad obseruationē lr̄alez euacuauit Magis ergo peccāt iudei nūc vbicunq̄ gētilibus ad vsurā ɔcedunt q̄ꝫ olim. Maxie aūt et grauissime peccant mutuādo ad vsurā illis qui xp̄m receperūt scz xp̄ianis q̄ vere iudei sūt ꝟm sp̄m licet nō ꝟm lr̄am Ab illis ergo iudei ꝟm carnē qui adhuc sūt nequaq̄ꝫ recipe debent vsurā. longe eni in hoc magis peccant. q̄ꝫ si a fr̄ibus sui generis vel secte vsurā recipent vel tēpe legis recepissent Si hec ita se hñt estimate q̄ntuz nephas sit xp̄ianos recipere vsuras a ꝓximis vel fr̄ibus suis xp̄ianis vel sibi vsurpare qđ iudei vsurpando extorserūt ab ill' scz xp̄ianis Quid eniz hoc est nisi xp̄ianos recipe vsuras a xp̄ianis Quia qđ aliq̄s facit mediāte alio quē ad hoc fouet et defendit Ita vere censet̄ illud facere ac si per se faceret nec min⁹ peccat vno mō q̄ꝫ alio mō. Sed dicit aliq̄s cum illa vsuraria impietas tā contraria sit xp̄iane religioni vt dictū est quare iudei occasione sue legis ɔsueti de vsuris ꝑmissi sūt ɔmisceri in tanta multitudine xp̄iano ꝑplo in ipsius grauamē et lesionē multiplicē.

Capi: xxvj. de reliquijs duoꝝ ꝑploꝝ. s. gentilis ⁊ israelitici

Hic ꝓ origine hui⁹ rei hoc aduertendū est q̄ tp̄e p̄dicatiōis euāgelij lumie celestis doctrine per mundū ꝑseuerāter coruscante multi vtriusq̄ ꝑpli gentiles videlicz et israelitici gratiā dei exultant̄ āplectentes ⁊ vēitati credētes in vnitatē catholice id ē vl'is fidei extra quā non ē ampli⁹ salus fidelit̄ ɔcurrerūt. relictl. de vtroq̄ ꝑplo scz gētili ⁊ iudaico pl'imis incredulis gr̄e dei ingrati. ɔpandis recte paleis aut fecibus aut aliis q̄buslibet reliquijs inutilibus et supfluis Palee aūt g̃nis in arcam dñi collectis q̄d valent nisi vi igne ɔsumant̄ aut pedib⁹ cōculcent̄. et feces vino extracto quid ꝓsint nisi vt foras mittant̄ ⁊ a porcis deuorent̄ immūdis. i. a demonibus deglutiant̄. q̄d valet forma lutea magno studio ꝓ fundēda cāpana ꝑacta. postq̄ꝫ cāpana iaz fusa est. nisi vt penitus excutiat̄ et in puluerē redigat̄ Quid est cāpana fusa nisi ecc̄ia xp̄i in veteri populo dei figurata? Quid formula lutea nisi residuū de ꝑplo israel r̄lictū tātūmō terrena q̄rens Int̄ has aūt duas supfluitates duoꝝ ꝑploꝝ q̄ viliores sūt et inutiliores r̄liquie an ꝑpli israel seu iudeoꝝ vel ꝑpli

gẽtiles ꝯpatio doceat Sũt nãq3 reliq̃e de ꝑplo iudaico adhuc r̃ma nẽtes. nõ solũ sic̃ feces. sed sicut fe/ ces pessime. que corrũpunt om̃e vi nũ eis suppositũ sed sicut purgam̃ tum spume qđ si nõ eñciat̃ ore per despumationẽ purificãda ꝫ in ea resideat totã defedat Sunt insup sicut stercus colũbinũ qđ terram bonã cui ꝯmiscet̃ nõ impinguat ꝫ demacrat et sterilẽ facit Nec im ꝓ/ prie cõpant̃ stercorib⁹ pr̃m qꝛ de corpe abrae egressi sũt et nõ sunt ei⁹ filij Quid sũt ergo pñtes iude/ orũ reliquie nisi q̃si stercus abrae ꝛ sc̃oꝝ patrũ feces fetide. Est ꝛ ali ud vñ appet reliq̃as iudaici ꝑpli viliores esse reliquijs populi genti lis. qꝛ xp̃iano ꝑplo ab initio cõmi/ xte fuerũt multe gẽtilis ꝑpli reliq̃e q̃ tñ successu tẽpis ex toto digeste fuerũt et trãsmutate in ꝑplm xp̃ia nũ Reliquie ꝟo iudaici ꝑpli ab ini/ tio vsq3 mõ manserũt incõuerse in corp⁹ ecc̃ie sil̃es per hoc supfluita tib⁹ corpis humani inhabilib⁹ vt ꝯuertant̃ in substantiã hominis

Ca. xxvij. q̃re populus iudaicus cohabitat xp̃ianis et nõ gentiles

Si querit̃ q̃re tunc popul⁹ xp̃ian⁹ pmisit sibi ꝯmiscẽi reliq̃as illas iudaici ꝑpli viliores. et non recipit etiã reliq̃as ꝑpli gẽtilis ad ꝯuersionẽ habilio/ res vel magl. idoneas Quare gẽti les xp̃ianis nõ cohabitẽt eẽ p̃t q̃a oẽs gẽtiles qui oliz eis cohabita bãt xp̃iani facti fuerũt Reliq̃s re/ manẽtib⁹ ex̃ ꝑplm xp̃ianũ in regio nibus suis. in quibus necessitatem hñtes tẽpaliũ bonoꝝ in vbertate nõ veniũt in regiões xp̃ianoꝝ tã/ q̃3 ꝟui hñdi. vtiq3 si aliq̃ gẽtiles co habitare xp̃ianis cuperẽt nutritu ri se laborib⁹ suis r̃pellẽdi nõ eẽnt poti⁹ q̃3 iudei pfidissimi Qui q̃dẽ idcirco xp̃iano ꝑplo se miscuerunt qꝛ cũ de regione sua iniq̃tatibus eoꝝ merentib⁹ expellerent̃ et ven/ derent̃ in vniuersas regiones gen tiũ in nullo ꝑplo tantã pietatem ꝛ hũanitatẽ expti fuerũt q̃ntã in po pulo xp̃iano Qui eniz olim a p̃nci pib⁹ gẽtiũ captiuati tenebant̃ gra uiorib⁹ fatigabant̃ laborib⁹ cet̃is nullaten⁹ pmissis viuẽ penit⁹ ocio/ sis ex vsuris q̃admodũ modẽno tpe a q̃busdã xp̃ianoꝝ p̃sidib⁹ ma le ꝯsultis viuẽ pmittunt̃ Nec olim feruẽte adhuc in ꝑplo xp̃i terreno/ rũ ꝯtẽptu Judei hoc mõ tenebãt̃ quẽ q̃dẽ modũ nihil aliud q̃3 mo/ dernoꝝ auaricia adinuenit vt ex dicẽdis manifestũ erit Et qꝛ appe tibile est cũctis ociose viuẽ sine la/ bore oĩbus abũdare Inde ẽ q̃ in regionib⁹ xp̃ianoꝝ q̃busdã ꝛ ciui tatib⁹ iudei sup numerũ multipli/ cati sũt xp̃ianoꝝ bonis impingua ti auro et argẽto eoꝝ hoc mõ im/ pie adquisito supditati. non ergo miscuit iudeos xp̃ianis. sic scp̃tu/ rarũ auctoritas vel legis ꝯformi/ tas ꝫ ociosa voluptas ñ eos ami/ cicia attraxit ꝫ auaricia. nõ amor ꝫ odiũ Sic̃ ei olim dñm Jh̃m xp̃z psecuti sũt inter eos ꝯuersãtẽ Ita ip̃o in celo trãslato ad dexterã pa

tris ꝓplm suũ ꝑsecuti sunt vsq; ho/
die vt illũ et ipm in illo omi callidi
tate et dolo persequãt et ꝓ posse
euertant malũ ita ꝓ bono reddẽ/
tes vt solẽt serpẽtes nutricijs suis
et mures hospitibus facere.

Ca.xxviij. q̃bus rõnib⁹ xp̃iani iudeos sibi cohabitare permiserunt.

Verũtamẽ ꝓplus xp̃i elect⁹
ꝑfecte ꝟtutis et charitatis.
cui ꝓpriũ ẽ bñ agere ⁊ bo
nũ ꝓ malo reddere sciẽs ꝙ potẽs
est dñs de⁹ etiã de genimine vipe/
rarũ imo de lapidib⁹ suscitare fili/
os Abrae iudeoꝝ reliq̃as sibi co
habitare pie ꝑmisit et ꝑmittit mul
tis de caus Primo nanq; vt si for
te granũ aliqđ adhuc paleis ꝑmi
xtũ sit aut misceri ꝯtingat nõ ꝑeat
sed tandẽ in horreũ dñi cũ cetẽis
colligat. Scđo ꝓpter memoriam
xp̃i recentiorẽ et fidei assensum fir
miorẽ Cũ eni q̃tidie inspiciunt illi
a xp̃ianis q̃ ob hoc dispersi sũt ꝙ
xp̃m occiderunt. hi qui xp̃o adhe
rent de his q̃ de ipo credũt dubi/
tare nõ sinunt. Tertio ꝓpter ãpli⁹
merituz fidei rõne difficultatis in
credẽdo q̃ accidit ex multitudine
eoꝝ que cõtradicũt fidei xp̃iane.
Quarto vt indubie ꝯstet scp̃turas
sacras olim đina inspiratione po/
pulo isrl̃itico traditas a christião
ꝓplo integre hr̃i Cũ eedem adhuc
apud om̃es iudeos ꝑseuerẽt latis
trãslationib⁹ ꝯcordes Quinto ob
reuerẽtiã pr̃m nr̃oꝝ veterũ abraã
ysaac et iacob a q̃bus ipi sũt solũ
ꝟm carnẽ Christiani ꝟo om̃es ꝟm
sp̃m et pl̃es ꝟm vtrũq; hoc est ꝟm
sp̃m et ꝟm carnem Sexto in reco/
gnitionẽ recepti bñficij. qꝛ eni sal⁹
mũdi ex iudeis venit vt dicit apl̃s
mõ q̃ in tractatu de ꝓcessu mise/
rẽdi de eo oñsum est Jđo popul⁹
saluatiõis miam cõsecut⁹ facit ad
huc miaz cũ reliquijs iudaicis q̃/
uis ipi de impensis bñficijs ingra
tissimi sint Septio ad impletionez
ꝑfecte charitatis ad dilc̃oem iimi
coꝝ se extẽdentis. dicẽte saluatore
nr̃o diligite inimicos vr̃os ⁊ bñfa
cite his qui oderũt vos Si ergo
etiã hac de cã nouissime tacta chri
stian⁹ ꝓplus iudeos sibi cohabita
re permittit verissime diligit eos
et misericordissime cum eis agit. si
ipos talit teneat q̃liter eoꝝ saluti
⁊ ꝯuersationi ad xp̃m magis con
gruit Quia si rõne stat⁹ quẽ inter
xp̃ianos hr̃e ꝑmittunt fiant peio/
res et a salute sua elõgatioẽs atq;
ad eã indispositiores Quõ verũ ẽ
xp̃ianos inimicos suos diligẽ sed
poti⁹ ꝑdere? nõ est veruz xp̃ianos
ꝑmittere sibi cohabitare iudeorũ
reliquias ob spem ꝯsequẽde salu/
tis sed pro adq̃rendis pecunijs.

Ca.xxix. de tribus modis q̃bus iudei a xp̃ianis teneri ꝯsueuerunt.

Videamus ẽgo quõ trib⁹
mõis iudei a xp̃ianis tene
ri ꝯsueuerũt vtpote vl̃ pu
re in statu laboratoꝝ vel pure in
statu vsurarioꝝ. vl̃ in statu vtrũq;
ꝯplectẽte Prim⁹ mod⁹ iã fere vbiq;

male omissus saluti ipoꝝ et causꝫ
q̃bus tenẽdi sunt ꝯueniẽtissim⁹ est
qđ inde patz qꝛ si iudei vt xp̃iani
laborarẽt in agris. in siluis et aq̃s
et etiã artificijs in m̃cimonijs ve/
xatione intellc̃m dãte citi⁹ ꝯuerte/
rent̃ et ꝯuersi de laborib⁹ suis ⁊ bo
nis p̃orib⁹ ad q̃sitis ꝯuenient̃ sustẽ
tari possẽt etiã a xp̃ianis magl. di
ligerent̃ eo ꝙ cũ eis on⁹ ferrent la
boꝝ et reipublice ꝓuirent. essent qꝫ
ciuilioẽs nec tũc vt mõ furiẽte po
pulo stragib⁹ interirẽt ñ tot vicia
ꝯtraherẽt q̃ ocia dare solẽt labori
bus occupati non sic studerẽt quõ
in calũniã vere fidei scp̃turas per
uersa intentione glosare possent et
xp̃ianoꝝ rõnib⁹ et obꝓuantijs cal
lide ⁊ colorate ad corruptionẽ sim
pliciũ laicoꝝ et clericoꝝ rñdendo
obuiare. Terti⁹ status vel modus
simpl̃r mal⁹ est et saluti iudeoꝝ ꝯ
trari⁹ min⁹ tñ q̃ꝫ scđs qui q̃dẽ mo
dus scđs est oim statuũ et modo/
rũ q̃b⁹ iudei int̃ xp̃ianos tenẽi so
lent pessim⁹ qꝛ eoꝝ saluti et finib⁹
ꝓpt̃ q̃s xp̃iana pietas iudeos sus/
cipe dignata ẽ maxime repugnãs
Ubi q̃so iudicate an hodie ꝓpter
causas et fines predictos iudei a
xp̃ianis teneant̃ a p̃sidib⁹ et ñ po
tius auaricia faciẽte. cã turpis et
dãnabilis q̃stus ꝑ vsuras de pau
peꝝ sãguine torquẽdi foueat̃ Jã
in statu illo incõueniẽtissimo dãna
bili et iudeis et xp̃ianis et p̃ncipi/
bus eoꝝ Quis eni enumerare pos
set om̃ia mala tẽpalia et sp̃ũalia q̃
hũc viuẽdi modũ iudeoꝝ int̃ xp̃i/
anos sequũt̃? Quis fideliũ sine cõ
motione viscerũ et aurium tinnitu
eiusmõi audire valebit? Certe lapi/
deũ cor ẽ qđ inde dolorib⁹ nõ scin/
ditur ingemiscẽs sup̃ modũ ꝙ tan
to malo et tot aiaꝝ ꝑditionib⁹ ab
his qui p̃sũt xp̃ianis nõ succurrit̃
nec tãto tp̃e succursũ est

Ca. xxx. de q̃busdã mal⁹ q̃ veniũt ex vita iudeoꝝ ex vsuris.

Sed descẽdam⁹ ad ꝑticla/
ria videam⁹ q̃ sũt hec ma
la ecce xp̃ũs laborat solici
te id ẽ ꝓpl̃s xp̃i et emul⁹ iudeus la
borẽ ei⁹ deuorat Nõne xp̃i paupe/
res die noctu qꝫ laborib⁹ sudant.
hi in agris hi in aq̃s. hi in vineis
illi in ortis Alij in artificijs alij in
mercacijs. alij nutriũt aialia ⁊ alij
alia mille diuersitatũ agũt opa ꝓ
hui⁹ erũnose vite releuãda misẽia
soli iudei in laborib⁹ hoim nõ sũt
soli excipiunt̃ a ꝯditione mortaliũ
quã ille generalẽ reddidit qui ait
hõ nat⁹ est ad laborez sic̃ auis ad
volatũ. ⁊ qꝛ soli iudei int̃ xp̃ianos
in laboẽ hoim nõ sũt nec cũ hoib⁹
flagellant̃ Jõ vt dicit ꝓp̃ha tenuit
eos sup̃bia opti sũt iniq̃tate et im
pietate sua ꝓdijt q̃si ex adipe iniq̃
tas eoꝝ q̃ multiplex est. qꝛ omniũ
vicioꝝ spem iã inde repleti sũt vt/
pote sup̃bia gula luxuria et omni
specie auaricie. q̃rũ vna nõ mima
est illa iniq̃tas vsuraria Jã ꝑ eos
tã publica fc̃a ⁊ cõis. ꝙ a q̃busdã
xp̃ianoꝝ auaris vix pcc̃m eẽ repu
tat̃. hec iniq̃tas tãdiu iudeis ꝑmis
sa est et in eis a potẽtibus defẽsa
ꝙ iã pl̃imũ in xp̃ianos r̃dũdauit.
magnos et ꝑuos clẽicos ⁊ laicos
Uñ est a iudeis iã tãtũ deriuata

in xp̄ianos int̄ q̄s ex vsuris viuē
ꝑmittunt̄ ꝙ q̄dā xp̄iani manifeste
dāt. ad vsuras q̄dez iudeis pecu/
nias ꝯcedūt et vsuras cū eis diui
dūt. quidā palleatis vsurarie iniq̄
tatis cōtractibus et mōis varijs
sine labore studēt diuitijs abūdare
De istis ergo xp̄ianorū vsurarijs
in hoc peioribus iudeis dicenduz
est ꝯnter vbi qꝛ xp̄ianoꝝ auaricia
vsuras subtiliores sūt iudeis ⁊ eo
acuti⁹ studēt hāc palleare iniq̄tatē
quo apertius et vl̄ius ꝓhibita est
xp̄ianis q̄ꝫ iudeis Ido ad depal/
leādū iniq̄tatē illā apud xp̄ianos
multifarie obūbratā Expedit iam
attenti⁹ et sb̄tilius videre de spēb⁹
vsure et ip̄ius descp̄tionib⁹ ac mo/
dis varijs casib⁹ et ꝯtractibus q̄/
bus apte et occulte ꝯmitti solz et
de casib⁹ seu de contractibus in q̄/
bus ꝯmitti videt̄ et tñ nō ꝯmittit̄.

Capi. xxxj. de diuisione vsure in varias species

Quantū ad p̄mū ēgo iuri/
ste dicūt duas spēs vsure
esse videlz vnā spūalem et
aliā corꝑalē Prima est equa qꝛ ꝑ
xp̄m in euāgelio iussa vbi ait Nō/
ne oportebat te dare pecuniā meā
numularijs ⁊ ego veniēs cū vsurl.
exegissē eā Scd̄a vero vsure spēs
videlz corꝑalis de qua hic agim⁹
mōrlis iniq̄tas est vt in supiorib⁹
oñsum fuit Verꝝ nō videt̄ nec est
diuisio hec vsure in spēs ꝯueniens
qꝛ vt ex p̄habitis est manifestū so
lū figuratie et ꝑabolice lucrū bo/
noꝝ opm dr̄ vsura spūalis Sic̄ g⁹
fatuū esset dicē ꝙ due sint species
vitis scz spūalis et corꝑalis eo ꝙ
xp̄us dixit Ego sū vitis vera Ita
in ꝓposito et in cet̄is pl̄ibus seruit
diuisio vsure s̄m ꝓportionē ei⁹ ad
sortē vel ad p̄ncipale vt in centesi/
mā vel sexagesimā vel aliā quotā
de qua habet̄. xlvij. di. Est diuisio
in spēs qꝛ est solū s̄m magl. ⁊ mi⁹
q̄ ꝯstituūt gradus vsure et ñ spēs
Verꝝ tñ vsura ꝓprie dicta diuidit̄
in vsurā sortis et in vsurā vsurarū
que scz scd̄a im ꝓbū fen⁹ appellat̄
qꝛ om̄is ip̄am exercēs fit infamis
ip̄o iure et s̄m leges verum ꝙ s̄m
alios in vtraq̄ pcc̄m mōrle cōmit
titur ⁊ infamia irrogat̄. vi. q. i. In
fames Itē meli⁹ diuidit̄ in vsuraz
aptam et palleatā et in vsurā exte
riorem ⁊ interiorē

Capi. xxxij. de quatuor mōis q̄bus mutuatio fieri potest.

Circa qd̄ aduertendū ē ꝙ
mutuatio in qua p̄ncipalr̄
et primo ꝯsistit vsura pōt
q̄druplicit̄ fieri. p̄mo cū pacto lr̄is
vel fideiussorib⁹ firmato desuper
reddēdo aliq̄ vt ē pecunia vl̄ res
vel vtile obsequiū ⁊ s̄m hoc vsura
esset ex mutuo lucrū pacto vel pi/
gnere exactū Scd̄o mutuatio pōt
fieri sine pacto licet p̄ncipalit̄ fiat
ex intētione vel spe cōsequēdi ali/
q̄d p̄dictoꝝ vltra sortē ita videlz
ꝙ si mutuās nihil vltra se obten/
turū sparet mutuaturus nō esset ⁊
s̄m hoc vt dicūt vsura est quicq̄d
sorti accidit primarie intentum vel
speratū. Tertio aliquis mutuare
pōt nō cōstituendo p̄ncipalit̄ cām
mutuādi lucrū tꝑale sed spūale vt

charitatẽ vel dilc̃oez ꝓximi. Quã/
uis tñ scd̃ario sp̃et de aliq̃ retbu/
tione vel iuuamie vel remutuatiõe
ab illo cui mutuat tali intentione
mutuãs in modico vel nullo pec/
cat ꝑm doctores iuris canõici ho
stiensez et alios qꝛ qui mutuũ reci
pit naturalit̃ ad retributionẽ obli
gatur charitatiue vel liberalit̃ mu
tuãti vt sup̃ius patuit. Quarto fit
mutuatio talit̃ ꝙ intẽtio mutuan/
tis nec p̃marie nec scd̃arie reflectit̃
sup̃ qd̃cunqꝫ tp̃ale lucrũ Et illa ẽ
mutuatio pure charitatiua ⁊ maxi
mi meriti Sicut ecõtra p̃ma ẽ ma/
ximi demeriti seu pcc̃i et non tanti
mutuatio. scd̃o modo dicta cet̃is
parib⁹ Plus eni grauat indigẽtẽ
vsurari⁹. p̃mo mõ ꝯstitut⁹. qꝫ scd̃o
mõ videlz ꝑ hoc ꝙ sola intentõne
sup̃habẽdi mutuauit alias non fa
ctur⁹. tñ vterqꝫ talit̃ peccat ꝙ te/
netur ad restitutionẽ om̃is rei q̃m
sup̃ p̃ncipale recepit Et p̃cipue q̃
est scd̃o mõ vsurari⁹ quicq̃d enim
talis recipit q̃cũqꝫ intẽtione a de/
bitore sibi offerat̃ vsurã cõmittit
qd̃ nõ op̃tet de vsurario p̃mo mõ
ꝯstituto. qꝛ si quid tp̃e intermedio
talis a debitore vltra sortẽ ⁊ vsu/
ram sponte ꝓpinatũ recipit vsurã
nõ ꝯmittit si illud mutuando obti
nere nõ sp̃auit sed solã ꝯstitutam
vsurã Quẽadmodũ vt visũ ẽ sine
vicio vsure etiaz liberalissime mu/
tuãs põt a debitore rõne amicicie
donaria recip̃e sicut ꝯsueuit prius
nõ eni qui charitatẽ mutuat fit iñ
peioris ꝯditionis q̃ꝫ p̃us erat Si
tñ vndecũqꝫ verisile ẽ ei q̃ mutuũ
dedit ꝙ debitor sibi ꝓpinat ratõe
mutui vel vt t̃minũ solutõis ꝓlon
get et adhuc recipiat viciuz vsure
incurrit etsi nõ mõrle tñ veniale et
hoc si qd̃ ꝓpinat̃ dantẽ notabilit̃
non grauat.

Capi. xxxiij. penes q̃d attẽdit̃ g̃uitas vsurarie iniq̃tatis

Circa ista triplex inquisitõ
fieri p̃t Primo ex q̃bus at
tendi hẽat grauitas vsu/
rarie iniq̃tatis Scd̃o an ois vsu/
rarius teneat̃ ad restitutõz vsura
rũ cũ fructib⁹ eaꝝ Tertõ an liceat
vsurarijs vendi et ab ip̃is emi.
Quãtũ ad p̃mũ clarũ est ꝙ cet̃is
parib⁹ iniq̃tas illa grauior sit pri/
mo ex maioratõe illi⁹ qd̃ vltra sor
tem recipit̃. Scd̃o ex agg̃uatione
debitoꝝ q̃ fit ex ip̃i⁹ dura obliga/
tione vel pignoꝝ positõe q̃b⁹ pau
p̃es tã indigẽt q̃ꝫ pecunijs q̃s mu
tuo recipiũt. Et ergo de dãtibus
mutuũ sup̃ pignora scp̃tũ ẽ. Exo.
xxij. Si pign⁹ a ꝓxio tuo accep̃is
vestimẽtũ añ solis occasũ reddes
ei Ip̃m eni ẽ q̃ op̃it̃ indumẽtũ car
nis ei⁹. nec habz aliud in q̃ dormi
at si clamauerit ad me exaudiã eũ
qꝛ mis̃cors sũ vñ pz ꝙ pl peccat q̃
vult pignore certificari ⁊ de p̃nci
pali vsura. q̃ꝫ qui de ill̃ ꝯtẽt⁹ ẽ l̃ris
vel fideiussorib⁹ qꝛ p̃m⁹ pl⁹ g̃uet in
digentẽ igit̃ Tertio mõ plus ce
terl. p̃ibus peccat q̃ paup̃iorẽ vsu
ra g̃uat q̃ꝫ qui ditiorẽ. Quarto
magl. peccat q̃ fr̃i amico socio vel
cõsãguineo fenerat̃ q̃ꝫ qui extra/
neo. et ergo tanqꝫ minus malum
iudeis p̃missũ fuit fenerari gẽtili/
bus ⁊ ꝓhibitũ ne fenerarent̃ fr̃ib⁹

Quinto diues superflue hns pl' fenerãdo peccat paupe feneratoē nĉitatem vite nõ hãte Et generaliter plus peccat hoc vitio q̃o' turpis lucratio magis est ꝓhibita vt ꝑn/cipib' militibus ep̃is p̃bis religiosis Et generaliter viris ecclĩastic. apud nos etiã res emere vt q̃ncq̃ cari' vendãt turpis lucrationis studiũ est Et hec de prima inq̃sitõe ꝛc.

Capit. xxxiij. In q̃ agit de restitutione vsurarũ

Quantũ ergo ad secãdam q̃ erat Qui ois vsurari' tenetur ad restitutionẽ vsurarũ cũ fructib' eaꝝ. videt ꝑmo q̃ ñ omis talis teneat ad restitutionẽ vsure qz cũ soluit vsurario ꝑncipale cũ vsura totũ trãsit in ipi' dñiũ eo q̃ debitor obligauit se ad reddendũ tãtũ Igit illõ qd ꝑncipali supaddit fit etiã suũ Nemo autẽ tenet alteri restituere vel dare qd suũ est Igit Confirmat quia licet reddes vsurã nõ simplr spõtanee det vltra ꝑncipale Tñ nihilomin' volũtarie dat qz voluntas coacta est etiã voluntas sic ubi grã exñs in ꝓiculo maris licet inuit' eĵciat merces tñ reĵcit renũciãs eis Itẽ vsurari' aliq̃s ꝑt ad talẽ statuz peuenire q̃ impossibile est vt restituat vsuras igit cũ nemo obliget ad impossibile patz ꝓpositũ Itez qui vsuras dedit pot ex postfco simplicit vel illis renũciare q eas vsurariis ꝓpter deũ vel alia de causa dimittere. In cõtriũ ponit talis oclusio q̃ omne bonũ vsurarie adq̃situm est restituẽdũ ei a quo ĉceptũ est vel als recõpensãdũ ptz q̃a oē illud q̃ quis iniuste adquisiuit tenetur restituere Si ego aliq̃d vsurarie adq̃rere est p oia iniustuz vt visum est habet ꝓpositũ ꝛc.

Capi. xxxv. In quo inq̃ritur de restitutõne fruct' vsurarũ

Sed videt q̃ vsurarius nõ solũ teneat restituere vsuras sed etiã fructus earũ hoc est omne illud qd ex vsuris luctus fuit Primo vt arguit scs tho in scda. ij. Quia vt dicit aplus ad Rhõs. xi. Si radix sca q rami. igit eadẽ rõe Si radix infecta et rami Sed radix fuit vsurari' ergo q q̃c quid ex ea adq̃situũ est. est vsurariũ ergo tenet ad restitutionẽ illi' Itẽ sic dr ex de vsuris in illa decretali Cũ tu. Possessiones q̃ de vsurl. sũt oparte dñt vẽdiq ipaꝝ ꝑcia his a q̃bus vsure sũt extorte restitui. ergo eadẽ rõne quicq̃d aliud ex pecunia vsuraria adq̃rit debet restitui Preterea illud q̃ aliq̃s emit de pecunia vsuraria debet sibi rõe pecunie quã dedit ergo qz nõ habet maius ius in re quã adq̃siuit q̃z in pecũia quã dedit Si pecuniã vsurariã teneat restituẽ. ergo q illud qd ex ea adq̃rit tenet restituẽ. In ctrariũ arguit sic. Quilibz ꝑt licite tenẽ id qd legitime adq̃siuit z illud qd adq̃rit p pecuniã vsurariã interduz legitie adq̃rit. ergo licite ꝑt teneri. Rñdet scs Tho. q̃ sicut etiã. s. dictũ fuit q̃dã res sũt quaꝝ vsus est earum osumptio q̃ nõ habent vsufructum secundum iura. Et ideo si talia fuerint per vsuraz

extorta puta denarij Triticũ aut aliq̃d hui⁹mõi nõ tenet̃ homo ad restituẽdũ nisi illud quod accepit qꝛ illud qd̃ de tali re est adquisitũ nõ est fruct⁹ huius rei sed humane industrie nisi forte per detentionẽ talis rei Alter sic dãnificatus amittẽdo aliq̃d de bonis suis Tũc eni tenet̃ ad recõpensationẽ nocum̃ti Quedã vero res sũt quaꝝ vsus ñ est eaꝝ ɔsumptio. et tales hñt vsũ a se distinctũ sicut domus et ager et alia hmõi Et ideo si q̃s domũ alterius vel agrũ ꝑ vsurã extorsisset nõ solũ teneret̃ r̃stituere domũ vel agrũ sed etiã fructus inde ꝑceptos. qꝛ fructus sũt eius cui⁹ est arbor vel domus vel ager et ideo ei debent̃ Sequit̃ ex hoc ꝙ aliquis obligatus ad restitutionẽ omniuꝫ que habet p̃t ex iniuste habitl. iuste adquirẽ vñ se a debito liberet et vltra retineat vnde viuere possit patꝫ qꝛ hoc ꝑ industriã mercationis fieri potest laborando cum pecunijs quas iniuste tenet.

Ca. xxxvj. in quo respõdetur ad rõnes in p̃cedentib⁹ duobus capl̃is factas

HIs dictis ad p̃mũ in contrariũ Rñdet sc̃us thõas ꝙ radix nõ solũ habꝫ rationẽ materie sic̃ pecũia vsuraria. Sed habꝫ etiã aliq̃liter rõem cãe actiue in q̃ꝫtũ admistrat nutrimẽtum et ido nõ est sile. Ad sc̃dm dicẽdũ ꝙ possessiones q̃ de vsuris sũt ɔpate nõ sũt eoꝝ quoꝝ fuer̃t vsure Sed illoꝝ qui eas adq̃siuerũt Sunt tñ obligate illis a q̃bus fuerũt vsure accepte sic̃ et alia bona vsurarij et ido nõ p̃cipit̃ ꝙ assignent̃ ille possessiones his a q̃b⁹ fuerunt accepte vsure qꝛ forte pl⁹ valẽt q̃ꝫ vsure quas dederũt Sed p̃cipit̃ ꝙ vendant̃ possessiones et earũ p̃cia restituant̃ scꝫ ꝑm q̃ntitatem vsure accepte et damni ex iniusta detẽtione vsure ꝓueniẽtis

Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ illud qd̃ accipitur de pecunia vsuraria debetur q̃dẽ adquirẽti nõ ꝓpter pecuniam vsurariã sic̃ ꝓpter cãm instrumẽtalem. sed ꝓpter suã industriã sicut ꝓpter cãm p̃ncipalẽ Et ido pl⁹ hẽt iuris in re adq̃sita de vsuraria pecunia q̃ꝫ in ip̃a pecũia vsuraria

Tũc ad rõnes q̃b⁹ ꝓbari videbatur ca. xxxiiij. ꝙ vsurarius nec vsuras tenet̃ restituere ꝓ eo ꝙ fuerũt fc̃e res sue ex volũtate vsuras dãtis Rñr ꝙ ɔcesso hoc nõ sequitur ꝙ ergo non obliget̃ illi qui dedit aliq̃d eq̃ualẽs Ex eo ꝙ mutuans iniuste exegit lucrũ vltra sortẽ ab indigẽte cui gratis mutuare debebat Sc̃do põt dici ꝙ et si forte ꝑm leges mũdi vel ritũ ciuilitatis hũane res vel pecũia vltra sortez recepte transeũt in dñium vsurarij tñ ꝑm ꝟitatẽ nõ vident̃ ꝓprie ⁊ vẽ fieri res ei⁹. ꝫ p̃mo p̃t videi in exẽplo ad cõnriũ inducto qꝛ certũ est ꝙ q̃ꝫuis aliq̃s ꝑiculo ɔpuls⁹ velit poti⁹ aurũ vl̃ m̃ces de naui i mare ꝓ̃ijcẽ q̃ꝫ ꝑire tñ ꝑ hoc nõ renũciat ꝓp̃etati vl̃ suitati reꝝq̃s ꝓ̃ijcit nec

intēdit renūciare qꝛ interrogat⁹ si velit res ꝓiectas vbicūqꝫ sint adhuc esse suas. dicēt vtiqꝫ ꝙ sic. q̄a licet cogat̄ ad ꝓiciendū eas tam̄ nō cogitur ad suitati eaꝝ renūciandū Nec sequit̄. res ille ceciderūt ad locū de quo ꝓiciēs nō p̄t eas recuperare vel de earū rehabitōne desꝑat. igit̄ desinūt esse sue. Itē qui merces vel auꝝ caracterib⁹ alicui⁹ mercatoꝛis signatuꝫ inueniet in mari vel eius litoꝛe teneret̄ ad restituendū sibi si ꝓbet ꝙ ip̄e periculo nc̄itatus illud ꝓiecit q̄nqꝫ in mare Nō ergo ex hoc aurū suū eē desijt qđ nc̄itat⁹ a se ꝓiicē voluit Ita in ꝓposito videt̄ ꝙ volūtas q̄ pauꝑ vel indigēs vult poti⁹ tradē aliq̄d vltra sortē de pecunijs suis in ptāte vsurarij q̄ꝫ carere sb̄sidio ꝑ mutuationē sibi debito. videtur vtiqꝫ ꝙ tali semicoacta voluntate nō transferat̄ vere dn̄ium rei Ita ꝙ res quaꝫ soluit vel tradit q̄ mutuū recepit fiat ꝑm veritateꝫ illius qui mutuū ꝓ vsura dedit. Itē nō opꝫ tradentez res aliq̄s ꝓ vsuris velle ꝙ res ille de cetēo sint ip̄ius vsurarij cū debitoꝛ intentū suū cōsequi possit et obligatiōib⁹ satisfacere solū volendo ꝙ res ille sint in ptāte vsurarij donec forte aliq̄n pn̄ia ductus restituat vel deo ꝓuidente aliūde eq̄ualens ab eo hēat Vtiqꝫ null⁹ tradēs vsuras habet intentionē absoluēdi vsurariū ab obligatione. qꝛ tenet̄ sibi vel suis ad restitutionē Quare ergo vellet aliq̄s ꝙ res quas nc̄itate ꝯpulsus sibi tradit om̄ino sue fierēt nō est causa hmōi volūtatis igit̄ nullus rōnalis hō illam hr̄e deberet. Ex ꝑte ergo tradētis vsura nō est cā vere translationis dn̄ij. nec ex ꝑte recipiētis nisi forte iniq̄tas ei⁹ cōmodū sibi mereat̄ nec ex ꝑte cuiuscūqꝫ tyrānice ꝯstitutiōis aut iniq̄ ꝯsuetudinis cū nulla talis quicqꝫ iuste faciat possideri Itē que commoditas aut vtilitas hūane vite ex trāslatione dn̄ij in illo iniquitatis casu ꝓueniat non video Bene ꝙ iniq̄tas illa inde nutrit̄ et dilatatur. ꝙ si expediat reipublice. int̄rogent̄ p̄dicta Interrogent̄ vere sapiētes absqꝫ dubio respōdebūt nequaqꝫ.

Capi. xxxvij. in quo inq̄rit̄ an liceat vsurarijs vēdi ⁊ ab ipsis emi.

Ex istis ad tertiū dubiū an licat vsurarijs vēdi et ab ip̄is emi Rn̄deri pōt breuiter sub tali ꝯclone ꝙ si ꝑm iā p̄missa nō transfert̄ in eos dn̄iū rerum ꝓ vsuris receptaꝝ nō licꝫ eis vendi aliq̄d. hoc tn̄ intelligo de illis vsurarijs de q̄bus ꝯstat ꝙ nihil hn̄t nisi vsuras sicut sunt multi iudei et forte nōnulli xp̄iani Probat̄ ꝯclo sic intellecta. qꝛ de ratōe emptiōis et vēditionis ē vt dn̄iuꝫ pecunie ēptoꝛis trāsferat̄ in vēditorē. et ecōuerso Res vēditoꝛis fiat ip̄ius ēptoꝛis vt visū est suꝑius Si ergo pecunia quā exhibet emptoꝛ ꝓ re venali nō sit sua nō pōt

facere vt ipa fiat venditoris licet ipam tradere posset de fco in eius ptātem et vsū. et p ɔñs nō est venditio ꝫ per modū vēditiōis aliene rei vsurpatio q̄ nō licet cuiq̄ ꝛ̄c. quēadmodū ɔtingeret si q̄s vēderet aliq̄bus quos sciret nullam pecuniaꝫ hr̄e nisi furto vel rapina ablatā. talib⁹ vtiq̄ nemo quicquā vēdere debēt tū in detestationem crimis. tū qꝛ vēdens teneretur ad restitutionē cū ibi dñium nō transferat̄. tū qꝛ illis vt cet̄is vēdere et ab eis emere esset ipos in sua malicia nutrire Et om̄ino null⁹ emere res debet ab illis quoꝝ nō sūt qñ hoc ei ɔstat aut verisil̄r p̄sumit. qꝛ vbicūq̄ et qñcunq̄ illi quoꝝ sunt eas inuenerint et iniuste ablatas a̅ suas ꝓbauerint ipis adiudicarēt̄ Iteꝝ est et aliud ꝓpter qd̄ rōnabiliter illis qui nō hñt nisi iniuste adquisita res vendi nō dñt. maxime res quaꝝ vsus ɔsūptio eaꝝ est vt panes vinū carnes pisces ꝛ̄c. qꝛ tales obligant̄ multis ad restitutōꝫ ⁊ sepe in pluri q̄ꝫ hñt Cū ergo per emptionē reꝝ quas sepe sup̄flue ⁊ deliciose iudei et alij vsurarij cōsumunt reddant̄ impotentes vel impotētiores ad restituēdū nō cōueuenit tales res vendi talib⁹. Hac rōne attēta manifestū est si etiā pecunie vel res vsurarie adq̄site eēnt vsurarioꝝ adhuc nō essꝫ eque vēdendū eis sicut alijs legalit̄ victū hñtib⁹. nec ꝓ p̄cio eis ꝑuiendū nec medicādū aut aduocādū Et oino nō iudeis de q̄b⁹ ɔstat ꝙ nihil p̄t̄ vsurarie adq̄sita hñt Hec om̄ia illicita vident̄ ꝓpter rōnes p̄dictas et alias q̄ ex p̄tactis formari pñt q̄ vtiq̄ recte ɔsiderantē tm̄ mouēt ꝙ sūm⁹ pōtifex ad ext̄miniū hui⁹ vicij iā nimis multiplicati et generalis facti posset rōnabilit̄ ꝓhibē sub pena excōicatiōis ꝙ nemo vēderet aut in p̄dictis ꝓ p̄cio ꝑuiret publicis vsurarijs xp̄ianis aut iudeis a q̄bus iuxta p̄missa. qꝛ solū de vsuris viuūt diuēsi varias p̄dictoꝝ maculas ɔtrahūt vt qui eis vēdūt. qui ab eis emūt. qui eis seruiūt. qui ꝓ pecunijs eos curant. q̄ eorū causas defēsant. et p̄cipue q̄ ipos in tali statu ꝓpter turpe lucꝝ fouēt vt p̄ncipes et alij potētes q̄dū ab ipis recipiunt qd̄ vsurarie adq̄rūt qꝛ ipos vsurarios ad restituendū impotētes reddūt se ipos ad restituēdū obligāt eis a q̄bus iniq̄ bona ꝑ vsuras extorserunt

Forte dicēt aliq̄s quid de paupibus ⁊ clericis an liceat illis recipe ab vsurarijs el̄ias et istis oblationes Rñr ꝙ sicut ex p̄missis ꝓbari videt̄ non transfert̄ dñium in his reb⁹ et pecunijs q̄ ꝓ vsur. soluūt̄ nō licet nisi recipiētes ea intētione vt restituāt q̄bus et q̄liter restitui oꝑtet Si vero dñiuꝫ trāsfert̄ vt q̄dā iuriste opinant̄ ex illo motiuo exili supi⁹ ānullato videlꝫ ꝙ volūtariū mixtū etiā ē volūtariū. et volūtas ɔditionata est volūtas Si ex hoc vel alia q̄cūq̄ rōne dñiū transfert̄ licitū est ab vsurarijs el̄ias recipe et oblationes nisi ꝑ h̄ vsurarij efficiant̄ impotētes ad restituēdū q̄bus et q̄ntū oportet ⁊ debēt

Ca: xxxviij in q̊ ponūt̄

duo casus in quibus vsura cōmitti videtur et nō committit̄.

Viso iam ex p̄habitis in generali de spēbus vsure et eius descp̄tiōib⁹ ac varijs mōis q̄bus exercet̄ apud iudeos et xp̄ianos Nūc ꝑticularī⁹ vidēdū est de varijs casib⁹ et ꝯtractib⁹ in quibus committi videtur et non cōmittit̄ Deinceps de casibus in q̄bus a multis nō ꝯmitti videt̄ et tñ ꝯmittit̄. Quātū ad p̄muz in sex casib⁹ viciū vsure cōmitti videt̄ et nō cōmittit̄. Primo qñ laic⁹ vel clericus rē suā vt domū vel agrū ꝛc. recipit in pign⁹ ab eo qui hui⁹ mōi violent̄ ⁊ iniuste detinet Nā in hoc casu licite pñt fruct⁹ recipi de reb⁹ impigneratis et in sortē nō cōputari Rō est q̄ cui⁹ est res eius est fruct⁹ quē libere in aliū nō trāstulit Et ergo hoc mō r̄cipit mutuās de suo qđ est suū vt ita rē suā violēter ab alio detentā in eq̄ualēti recupare possit et illā tandē a detentore redimē. Scđus casus est qñ aliq̄s feuduz ponit in pign⁹ ei a q̄ illud habet tūc eniz ꝑm aliq̄s dñs feudi fruct⁹ recipe p̄t et eos in sortem nō ꝯputare Et hoc si dñs iterū nō exigat seruitiū a vasallo ad qđ rōne feudi sibi tenet̄ Rō horū est q̄ vasallus nō est p̄marie dñs rei in feudū sibi ꝯcesse Igit̄ si res illa vero dño ip̄i obliget̄ licite fructus ei⁹ recipit et in sortē nō cōputat Et ita ꝑm hāc rōem casus ille generalit̄ locū hr̄et in feudis ⁊ colonis laicoꝝ Alij volūt ex speciali p̄uilegio ecc̄ie esse ꝙ fruct⁹ feudi a vasallo sibi impignerati recipe p̄t ip̄os nō ꝯputādo i sortē q̄ dicūt ecc̄iaz sub tali onere seu cōditione cōcessisse feuda sua. ꝙ de ip̄is sibi impigneratis fruct⁹ recipe possit q̄liter potuit facē. q̄ cuilibet licet ab initio rei sue imponere on⁹ qđcūqz voluerit Ubi ergo in ꝯcessione feudi talis cōditio nō int̄uenit vt est cōiter in feudis laicoꝝ fructus de ip̄is impigneratis recipi nō pñt sine ꝯputatione in sortē

Tūc ad q̄ndā decretalē q̄ simplr dicit ꝙ si feuduz impigneret̄ dño ip̄e nō tenet̄ fruct⁹ in sortē ꝯputare Dicūt hāc decretalē et sil̄es esse intelligēdas qñ ille qui feudū impignerauit min⁹ iuste illud tenuit vt si q̄s decimas tenuit in feudū ⁊ est sñia Innocētij qui etiā exp̄sse dicit ꝙ si laic⁹ aliq̄s licite in feudo hr̄et res ecc̄ie nō liceret ecc̄ie in casu dicto eoꝝ fructus sine ꝯputatione in sortē retinere Idez etiā doctores alij tanq̄z verius opinant̄

Ca. xxxix. in q̊ ponunt̄

tertius et q̄rtus casus et q̄nt⁹ ad idez p̄misso correlatiuo de fructu rerum impigneratarū.

Ex istis eliciūtur duo Primū est ꝙ qui extra p̄dc̄os duos casus fructus impignerati Castri vel opidi vl̄ dom⁹ aut vinee vel hmōi recepit ⁊ deductis laboribus et impēsis ip̄os in sortē nō ꝯputauerit nullo colore a vicio vsure excusabilis est. hoc manifestū est ex dictis superius circa species et descriptiones vsure.

Scdm est ꝙ licet dñs fructꝰ feudi impignerati a feudatario iuste hi/ti recipiēs sine cōputatione in sor/tem q̄dāmō a vicio vsure videat̄ excusari tñ verisimilius est ipm illud incidere ꝙ excusari nō videat̄. ptz ex dictis circa scdm casū Qr autē nō excuset̄ appet qr hoc maxime esset eo ꝙ ille qui ꝯcessit feudū est dñs feudi vt tactū fuit Sed h nō qr licet sit p̄marie et p̄ncipalr dñs rei in feudū ꝯcesse q̄ntū ad ꝓprie/tatē vel fundū tñ eadē res est feu datarij q̄ntū ad vsū simpliciter et q̄ntū ad ꝓprietatē ꝑm q̄d. quia est eius hereditas quā p̄t vēdere vel alt̄i dare cū ꝯsensu dñi sui Quō cē suuz videt̄ sufficere ad hoc ꝙ fru/ctus rei sit feudatarij q̄diu licite habet eā in feudū Cū ergo impi/gneratio nō auferat feudū nec fa ciat desinere dicto mō esse suū. ptz ꝓpositū. Vñ patet ꝙ si colonꝰ ali cuiꝰ ep̄i vel plebani impignerauit sibi vineā vel ortū nō licet recipe fructus sine ꝯputatione in sortem Patz qr spēm mali habet imo eq̄/ualet vsurarie impietati eo ꝙ vi/nea illa vel ortus est ip̄ius coloni mō p̄dicto licet nō om̄iquaqz Ter tius casus in quo vsure exigi p̄nt est qñ nō ab eo qui mutuū dedit ꝫ ab eo qui ꝓ mutuū recipiēte fide/iussit petuntur q̄si interesse Verbi gratia Si fideiussor soluit vsuras creditori vsurario ip̄e pōt eas a debitore repetē ꝓ quo fideiussēat qr nō sūt vsure q̄ntū ad ip̄m fide/iussorē. sed potiꝰ interesse id est nō est lucrū sed vitatio damni. Quar tus casus est qñ dos minꝰ sufficit ꝓ oneribus mr̄imonij sufferēdis et possessio aliqua ꝓ dote munēa ta obligat̄ genero tunc vsqz pecu/nia soluat̄ fructꝰ possessionis illiꝰ a genero recipi p̄nt sine ꝯputatione in sortē Hūc casū ponit q̄dam de cretalis titulo de vsuris dicēs Sa ne generis ad fructꝰ possessionū q̄ sibi a socero ꝓ munerata dote in pignus obligate sūt ꝯputādos in sortē nō credimꝰ cōpellendū. cum frequēter dotis fructꝰ nō sufficiāt ad onera mr̄imonij supportanda. Secus si dos bñ sufficiat vt argui tur ex fine p̄cedētis decretalis Et iterꝝ secꝰ est si gener pecuniā dotis ab alio recipiat et sibi possessionē de qua sermo in pignus traducit qr nisi totū ius q̄d in pignere ha/buit in ip̄am donationē trāsferat et alteri pio aio nō vt fructꝰ suplu cret̄ pecuniā tradat vsurā cōmit/tit si fructꝰ in sortē non ꝯputauerit Sed q̄d si maritꝰ morit̄ an mulier fructus dicte possessionis recipere possit vt p̄us Dicit̄ ꝙ nō qr onēa mr̄imonij fuerūt causa q̄re p̄us li/cebat Illo ergo soluto ampliꝰ nō licet Quintꝰ est rōne more vt v̄bi gr̄a Si debeas mihi centū ad cer tū terminū noluisti mihi ꝑsoluē in termino Ido oportuit me recipe pecuniā sub vsuris ꝓpter incumbē tia mihi negotia. in hoc casu tene/ris mihi restituere illas vsuras si solui vel si nō solui liberare me ab obligatione ꝓ eis. Iste casꝰ elicit̄

ex quadā decretali titulo de fide/
iusꝫ Rō vero q̄re liceat exigere a
debitore qđ ꝓ vsuris dedit credi/
tori ē. qꝛ ibi vsura petit̄ cā damni
vitandi. nō causa lucri captādi Et
ideo exigit̄ solū sub ratōe interesse
qđ ꝑm canonē licite exigi potest

Capi. xl. in quo ponit̄

vltimus casus ad idem.

Sextus casus in quo quis
nō est reus vicij vsure cen/
sendus est rōne dubij ꝟbi
gr̄a Si quis daret q̄ttuor solidos
puta in pascha vt in alio tpe scilꝫ
circa autumnū tot vl̄ tot mensure
vini vel olei sibi reddant̄. q̄ qꝛ tpe
pasche pl⁹ valere ɔsueuerūt et ꝟi/
silr dubiū est an plus vel min⁹ tpe
autumni sint valiture Ido talē cō
tractū faciēs nō debet vsurari⁹ re
putari ꝑm decretalē nauiganti ex̄
de vsurl. ꝟbi dicunt doctores ꝙ si
aliq̄s daret q̄ttuor solidos in au/
tumno. qñ ꝑui p̄cij est bladū vinū
vel oleū vt ad pascha totidez g̃ni
vini vel olei mēsure redderent̄ qñ
hmōi merces ꝑm cōem cursū ɔsue
uerūt esse cariores vsura essꝫ quia
ibi nō ꝟisilr dubitat̄ imo ꝓbabilit̄
credit̄ ꝙ pl⁹ valebunt ille mensure
tpe solutiōis q̄ꝫ valuerūt tpe con/
tract⁹. Simlr iudicandū est qñ pe
cunia certe monete tradit̄ ꝓ tāta
pecunia eiusdē monete in certo t̄/
mino soluenda. vel qñ tali mō tra
ditur bladū ꝓ blado vinū ꝓ vino
eq̄lis mēsure. qꝛ om̄ia hec cōsueue
rūt vno tpe āni cariora eē q̄ꝫ alio
sicut et in vno loco q̄ꝫ i alio. varijs
eni de cauꝫ ꝟbi gr̄a floreni valent
vno tpe pl⁹ q̄ꝫ alio Et ergo si ꝟisi/
mili⁹ est ꝙ hmōi in tpe solutōnis
plus valeāt q̄ꝫ mō ɔtractus talis
illicit⁹ est Si vero eq̄verisile est ꝙ
valeāt tm̄ vl̄ min⁹ sicut ꝙ valitura
sint pl⁹ ɔtractus sustinibilis ē. nisi
ille qui pecuniā tradidit auferat li
bertatē debitori liberandi se infra
t̄minū. qꝛ hoc faciēs p̄sumit̄ velle
debitorē onerare ꝑiculo amissiōis
pecunie et se exonerare Si autē li/
bertatē ɔcedit et aio releuādi ino
piam ꝓximi pecuniā sibi tradit in
dicto casu meritorie agit Silr cōsi
derandū est qñ res vni⁹ spēi dat̄
ꝓ re alteri⁹ spēi in certo t̄mino sol
uēda ꝟbi gr̄a Modi⁹ tritici ꝓ duo
bus modijs auene soluēdis in pa
scha. vel qui mutuat pecuniam vt
statuto tpe recipiat vinum vel bla
dum. talis eniꝫ debet recipe de re
ꝑm ei⁹ valorē tpe solutiōis ꝛ nihil
vltra Idez iudiciū est de m̄icatori
bus qui mutuāt de nūdinis in nū
dinas ꝟbi gr̄a qui tradūt alijs de
suis mercib⁹ ꝓ rebus alteri⁹ spēi
ip̄is reddēdis in seq̄ntib⁹ nūdinis
Qui ɔtract⁹ pl̄imū culpabil̄ vitio
auaricie aut prauitate vsuraria il
liciti reddunt̄

Capi. xlj. in quo tangit̄

quidam ɔtractus venditionis ꝑm
valorē futurū et q̄d cōsultius sit in
contractu illo et cōsimilibus

Sed quid de illis qui vinū
vel bladū aut pannos vl̄
alias merces vendūt vt ā
plius q̄ꝫ mō valeāt in certo t̄mino
recipiāt ꝓ eisdē. an et illi ratōe du
bij excusent̄ Rñdent aliq̄ ꝙ si ven/

diderint ꝓ longe maiori precio q̄ꝫ mō valeāt nō excusant̄ Sed vicij vsure rei censent̄ qꝛ tūc nō verisil̄r dubitat̄ vtꝝ plus vel min⁹ in t̄mi no p̄fixo valiture sint. sed p̄sumit̄ ꝙ lōge min⁹ Si vero vendāt ꝓ p̄ cio mediocrit̄ maiori iuxta possibi lem estimationē ꝑm cursus ānorū ꝯsuetos vel ꝑm exigētiā dispōnis āni currentis tūc excusari vident̄ Et hoc si tp̄e ꝯtractus m̄ces illas nō erāt vēdituri sup̄ quo eoꝝ con scias exaiare hn̄t diligent̄ Sꝫ q̄c/ quid sit ꝯsiliū oim doctoꝝ est ꝑm hostiens̄ Inno. et cet̄oꝝ imo cōsi liū decretal̄ dicētis Q̄ ꝯsulte age/ rent hoies si a tali ꝯtractu cessarēt cū cogitatōnes hoim om̄ipotenti deo neq̄ant occultari Ip̄e nouit q̄ tempe ꝯtractus vel nō lōge post erant vendituri Ip̄e nouit an cor hōis declinet in estimationeꝫ lucri ex dilatione et hmōi q̄b⁹ homies de facili in tali ꝯtractu et sil̄ib⁹ ob liq̄ri solēt ꝓp̄t̄ qd̄ ꝯsultū est hoib⁹ a talib⁹ abstinē ꝯtractibus licꝫ ꝑm se nō sūt illiciti Sic̄ est de q̄busdā opionib⁹ et mōis loquēdi rōnabi liter interdictis Non qꝛ ꝑm se sunt falsi. ꝫ qꝛ erroꝛib⁹ vicini sūt aut vi cioꝝ occasionib⁹ pleni. ita suo mō est in ꝓposito de multis ꝯtractib⁹ int̄ hoies cōsuet̄. qui licet cōuinci nō possint ꝑm se illiciti tn̄ ꝯsidera/ tione p̄dicta sūt merito inhibendi et dissuadēdi qꝛ nō solū studendū est legislatoꝛib⁹ circa ꝓhibitioneꝫ vicioꝝ sed etiā circa ꝓhibitionem occasionū eorundē

Ca. xlij. de contractib⁹

ꝓhibēdis rōne ꝓpinq̄tat̄. ad vicia

Sunt ergo hac ꝯsideratōe multi cōtractus rōnabilit̄ ꝓhibēdi vel saltē hoibus dissuadendi eo ꝙ rōne ꝓpinq̄tatis ad viciū vsure aut auaricie plerūqꝫ inficiūt hoies talib⁹ pc̄cis Nec est imaginādū ꝙ ꝯtractus emptōnis et vēditionis solū reddant̄ illiciti. qꝛ vsurarij fōrliter vel eq̄ualent̄. ꝫ pl̄es de illis illiciti sūt rōne vicio/ rū alteri⁹ spēi vt symonie vel aua/ ricie aut doli aut deceptionis aut impietatis vel hmōi. De ill̄ cōtra/ ctib⁹ sunt ēptiones q̄bus aliq̄ emē solēt ⁊ coaceruare tēpe messis vel vindemie bladū et vinū ꝑuo p̄cio vt postea vendāt ꝓ magno qd̄ in clericis et laicis turpe lucrū est ⁊ p̄ cipue in clericis turpissimū q̄rū cū auaricia talit̄ inualuerit ꝙ vn⁹ de vinis ⁊ bladis tp̄e mess̄ tm̄ emēit et sibi ꝯgregat ꝙ cet̄i ab ip̄o ꝯpel lūtur emere ad libitū suū māifestū est ip̄os enormit̄ peccare nō soluꝫ cōn ꝓximū ꝫ ꝯtra cōitatē ꝓxiorū qꝛ caristiā inducūt. et qn̄qꝫ ꝓp̄t̄ eo rū lucrū inducē studēt qd̄ dānabi lissimū est Recte ēgo dicit̄ in decre tis. xiiij. q. iiij. Quicūqꝫ tp̄e messis vl̄ vindemie nō nc̄itate sed cupidi tate ꝯparat ānonā vl̄ vinū r̄misse vt postea vēdat care turpe lucꝝ ē

Ca. xliij. in quo ostēdit

qn̄ emptor cupiditate moueatur ⁊ quando non.

Sed dicis quomō sciet̄ qui ex cupiditate hoc faciunt? Rn̄r ꝙ om̄es sup̄flue diuites vel vltra nc̄itateꝫ p̄sone et sui status hn̄tes.

Et generalitē oēs qui nullā nēcitatē cōem aut pietatē in tali coacerua tione intēdūt ꝯ solū locupletatiōz ex cupiditate moueri cēsendi sunt Hoc dico nōnter qz talis emptio tpe messis vel tpe quo res alique vilis pcij sunt pōt etiam licite fieri multis mōis Primo si fiat ꝓpē bo nū cōe sicut Joseph emit frumēta tpe abūdantie vt hēret vñ puidēt ꝓplis tpe fuīe famis vt habēt gesi rli. Et hoc meritoriū est Secdo si fi at ex rōnabili puidētia vt si aliqs emat talia timēs ꝙ optet eū cari emere cū indiguerit. talis eni si po stea videat se nō indigē sicut tēpe debeat et carius vēdat nō peccat Et a fortiori nō peccat si non emit vltra suā nēcitatē. vel si emat ex pie tate vt ex lucro venditionis hēat vñ paupib' puidē possit dummō ita moderate hoc faciat ꝙ p cari stiam cōitas nō ledat Hoc mō et ffcatorib' talis emptio licita est si aliūde nēcitatē nō habeāt nec alio labore se nutrire possint. tūc licite p opa sua tali emptione lucrū re piūt dūmō ita moderate talez em ptionē exerceāt ꝙ paupes nō pa tiant defēm. Quarto licituz est ꝙ aliqs emat victualia dū abundāt vt tēpe famis vēdat eo precio qd tūc valebūt pcipue qñ ofideratur ꝙ res mō abūdantes trāsportēt ad alias regiones vel ꝙ ꝓpē abū dantiā inutilit et abusiue in pcis a plurimis consumūtur ꝛc.

Capitn. xliij. ofidens emptionē redituū ad vitā esse phibendam

Adhuc de cōtractib' phiben dis eo ꝙ vicijs occasionē p stent est emptio redituū ad vitaz emptoꝝ qz cū hoies p statu nate corrupte q̄ plēs viciosos habet ni mis afficiant ad opes de facili ta lis emptio declinat venditorez ne dū ad desiderādū mortē emptoꝝ sed nōnūqz vt illā pcuret. Hec et fuit cā q̄re phibita est pmissio vel collatio pbende vel bñficij nōduz vacātis. Siki ratōne phibitū fuit pactū de futura successione in here ditatē testatoris factū dū adhuc viuit Et ita de sikibus multi. Esset ergo tolerabilior emptō redituū ad vitā vēditoꝝ qz ibi nō esset cā q̄re vn' desideraret mortē alteri'. Qz etiā iste tractus magl. inhibē dus sit qz oibus pmittēdus. Mtl. als psuasū fuit rōnib' q̄ inferius vbi spēalit de redditib' agēt resu mēt p declaratōe maiori ibidē di cēdoꝝ Itaqz vsqz huc introduct. qbusdā casib' in qb' lz vsura omit ti videat Tñ rōne certa quo ad vi ciū excusat Cōsequent ergo vt p mittebat agendū est de casib' q cō tractib' circa emptionē venditōz et mutuationē in qbus casib' non videt viciū vsure trahi et tñ tra hit equalent q̄ntū ad lucrū q grauamē primoꝝ Nā plimos cōtra ctus insaciabilis auaricia introdu xit qui licet ex forma quinci ñ pñt vsurarij tñ qz vel reducunt ad vi ciū illud vel plimuz fieri solent in fraudez vsuraꝝ et raro vel nunqz aliter Igit a cōtractibus talib' re trahendi sunt homines

Capi. xlv. In quo agit de casi bus et cōtractibus in qbus cōmit titur vsura et non videt.

De cõtractib⁹ qui manifestius reducunt̃ ad vsuraz sunt illi q̃bus res vel cari⁹ vendit̃ eo ꝙ de p̃cio ad tp̃s expectatur vel remissi⁹ emit̃ eo ꝙ p̃ciũ ãte dat̃ q̃z res recipiat̃ Vel eo ꝙ res remissi⁹ emit̃ qꝛ ꝓmpta pecunia dat̃. nã in his oĩbus expectatio p̃cij soluendi hẽt rõnem mutui Et ergo quicq̃d vltra iustũ p̃cium ꝓ hmõi expectatione exigit̃ est q̃si p̃ciũ mutui qd̃ ꝑtinet ad rõez vsure Sic et anticipatio solutiõis pecunie rõem habz mutui Cui⁹ q̃ddam p̃ciuz est illud qd̃ minuit̃ de iusto p̃cio rei empte igit̃. Sil̃i mõ p̃ciũ exhibitionis ꝓmpte pecunie est illud in quo res remissi⁹ ꝓ illa vẽdit̃ Nec min⁹ illicitũ est ꝓ exhibitõne tali p̃ciuz exigẽ q̃z ꝓ expectatione p̃cij vel anticipatõe igit̃ ꝓpositũ Et sic̃ ꝑuerse cupiditatis astucia in istis casib⁹ viciũ vsure ẽptionis colore abscõdere visa est. Ita inq̃z pl̃imis casib⁹ alijs idẽ vicium tã sb̃tiliter obũbrare studuit ⁊ adhuc studet qñq̃z emptione qñq̃z vẽditione qñq̃z locatõne qñq̃z mutuatione et ceteris sil̃ibus colorib⁹ ꝙ eos nec aliq̃s sufficient̃ enumẽare p̃t Nec euidẽter illis remotis iniq̃tatẽ q̃ sublatuit detegẽ Et iã tãtũ inualuerũt casus illi seu ɔtract⁹ ꝙ pl̃imi ip̃is irretiti sũt talit̃ ⁊ ꝑplexi ꝙ vix ad statũ salutis reduci possint ꝓpter diuturnã ɔsuetudinem ⁊ difficultatẽ restitutiõis iniq̃ ad q̃sitoꝝ tãto tp̃e Verũtñ ꝓ hoc laborãdũ est nõ impigre q̃ntũ valem⁹ ne iniq̃tas sub vmbra eq̃tatis absconsa quẽcunq̃z in infernũ ducat qui cupiditate excecat⁹ se recto tramite ad celũ ire reputat Scriptura dicit Est via q̃ appet hoi recta. et nouissima ei⁹ ducũt ad mortẽ. hec est via per quã multi intrãt Quia oẽs auari sua cupiditate tãtũ excecati sũt ꝙ etiã vbi res est clara discernẽ nõ valeãt equitatẽ ab iniq̃tate De illis sũt qui eis licere putãt vẽdere rem ꝓ p̃cio qd̃ p̃ñtialr̃ currit sub cõditõne ꝙ si in pascha vel in pentecoste pl⁹ valeat ampli⁹ habeãt si min⁹ vel eq̃le p̃mũ foruz stet Iteꝝ de illis sũt qui cupiẽtes fruct⁹ suos vẽdere qñ sũt carissimi vendãt eos nũc ꝓ p̃cio maxio ꝙ ante messem valebũt tũc eis soluẽdo In q̃bus et sil̃ib⁹ est manifesta vsurarie p̃uitatl. iniq̃tas. lz ceca cupiditas hãc vidẽi nõ sinat ab his q̃bus discernendi equũ ab iniquo eruit oculos Nec tales testionijs clare videntiũ stare volũt eo ꝙ insignũ sue oĩmode cecitatl. se cecos esse nõ credũt ꝓpter qd̃ ad agnitionẽ equitatis irreducibiles sunt

Capi. xlvi. de varijs adinuẽtionibus contractuũ lucri

Sunt adhuc qui cũ nõ audeãt pecuniã mãifeste ad vsurã mutuare magis ad vitãdũ o ꝓpbriũ q̃z ad ꝟuãdũ euãgeliũ. qd̃ dicit Mutuũ date nihil inde sp̃antes Mille cautelas inuenerũt ⁊ adhuc moderni sup̃ vetẽs q̃tidie inueniũt Quib⁹ lucrũ eq̃ualens vsuris aliquo colore hr̃e possint. plures de illis cõtractib⁹ tacti sũt in codicib⁹ iuris ⁊ legum Sed nõ sufficit illoꝝ decisio ad iudiciũ alioꝝ ɔtractuũ q̃s sine numẽo ho

minũ auaricia post adinuenit ⁊ in
ueniet vsq; in finẽ scl̃i Nullis ergo
p̃scp̃tl. legib⁹ hũanis solui p̃nt oẽs
sophistici ɔtractus q̃s magno stu
dio auaricia inuenit Sz oportet
nouis hũane malicie adinuẽtiõib⁹
nouis obuiare ingenijs et regimi/
bus Et vt in paucis exẽplariter h̃
loquar de adinuẽtionib⁹ illis sunt
qui emũt a paupib⁹ puto vaccas
vel oues q̃s nõ h̃nt et q̃si de facto
hitas locãt eisdẽ ꝓ ãnuo censu vt
sic in fine ãni recipiãt vaccam vel
p̃ciũ ꝓ ea cũ ei⁹ locagio qđ ꝓcul/
dubio vsure eq̃pollet Sũt iterꝫ de
illis qui mutuãt alijs tali intentõe
vel ɔditõne ꝙ postea cuz ip̃i indi
guerint remutuẽt ip̃is. hoc iterum
eq̃ualet vsure qꝛ etiã talis obliga/
tio ad remutuãdũ pecunia estima
ri posset nihil aũt nũmis mẽsura/
bile ꝓ pecunia mutuata exigẽduz
est vt sũt ꝟuicia auxilia et hui⁹mõi
Adhuc q̃dã tẽptant de pecũia mu
tuata lucrũ h̃re ꝑ viã exactiõis pe
ne ꝓp̃t qđ mutuãt pecunias ad cẽ
tũ tp̃us reddẽdas sub pena pecu/
niaria si forte tunc debitores non
soluerit saltez penã ꝓ lucro hẽant
Sed q̃rit adhuc cupiditas vsura/
rij lucri recõpensationẽ qñ facit q̃s
dam diuites ociosos mutuare itu
ris ad nundinas pecunias vt si lu
crent̃ illis recipiãt de lucro vltra
sortẽ ꝓp̃t ꝑiculũ ꝑditionis pecũie
qꝛ iuste recipiũt Sed et hoc turpe
lucꝝ esse doctores deducũt ita qꝛ
aut accipiẽs mutuũ nõ iuuat se de
pecunia illa et sic iniquuz est ꝙ cre
ditor ab eo lucrũ exigat qđ nõ ha
buit Aut iuuat se si sic tũc ex consũ
ptione pecunia oĩno efficit̃ ei⁹. ꝓp̃t
qđ et res empta fit debitoris Nõ
ergo creditor põt ab eo lucrũ exi/
gere qꝛ re sua vtit̃ ⁊ ea lucrat̃ Tã/
gũt nihilominus doctores casum
in quo nõ essz vsura ibi lucꝝ vltra
sortẽ recipe vtpote cũ emerem vel
ꝑatus essez emere certas m̃ces de
pecunia mea Et tu ꝓp̃t nimiã instã
tiã fecisti me cessare a tali emptiõe
ido vt tibi mutuarẽ Et ergo volo
ꝙ reddas m̃ tm̃ q̃ntũ essẽ ibi habi
tur⁹ de istis m̃cibus si eas illuc de
ferrẽ Recipio cñ in me ꝑiculuz lici
tũ esset Et h̃ ido qꝛ lucrũ illud re
cipet tq̃z int̃esse qđ licz vt p̃dcm ẽ

Ca. xlvij. de introductiõe ɔtra/
ctuũ inũerabiliũ a cupidis ⁊ auari.

Sed q̃d tm̃ moror hic in ɔ
memorãdo cõtract⁹ mutu
ationis ẽptionis et vendi
tionis q̃s vsurarij iniq̃ssimi et alij
cupidi sup̃ numeꝝ introduxerunt
Et q̃re? certe vt nõ laborib⁹ sed in
ocio dolosis ɔtractib⁹ ⁊ iniq̃s cir
cũuẽtionib⁹ locupletent̃ alijs g̃ua/
tis et depauꝑatis. Vere nẽo suffi
cit om̃es taliũ fraudes ⁊ astutias
enumerare q̃b⁹ mutuãdo vẽdẽdo
et emendo lucra q̃rũt cũ g̃uamine
et dãno ꝓximoꝝ. nec solũ circa di
ctas ɔmutationũ spẽs cupidoruz
adinuẽtiões inuẽte ⁊ inueniẽde in/
numerabiles sũt Sed etiã circa lo
cationẽ ⁊ cet̃as ɔmutationũ d̃ras
de q̃b⁹ in supiorib⁹ tractatũ ẽ Nõ
p̃t de adinuẽtionib⁹ illis seu adin
uẽtitijs ɔtractib⁹ dolositate plẽis
dari doct̃na general̃. q̃ in singl̃is
equũ ab iniq̃ discernat̃ et hoc ꝓp̃t
multitudinẽ et varietatẽ taliũ ⁊ sb̃
tilitatẽ coloꝝ et fraudũ q̃ excogi
tant̃ in illis Est etiã hoc in illis ꝓ

colore ꝙ raro aliq̄s ɔtract⁹ taliū est qui nō possit aliq̄ mō vl' respcu vel cū certis circūstātijs licite fiēi

hmōi fiūt licet se a fraudib⁹ excusare velint eo ꝙ ɔtract⁹ h̄ vel ille pōt licite fieri Nolūt aduertē ꝙ si vno mō vl' respcu ē licit⁹ duob⁹ vel t̄b⁹ mōis et respectib⁹ ē iniqu⁹ q̄b⁹ mōis ipi cupidi q̄ꝝ infinit⁹ ē nūerus ɔtract⁹ hmōi plimū practicāt ad pccm sibi ⁊ ꝓxio. ad dānū. vñ illi q̄ laborib⁹ dimissis solū studēt ɔtractib⁹ ditari talib⁹ inumerabilia pacta et obligatōnes inuenert et adhuc q̄tidie inueniūt Quibus simplices ⁊ paupes nc̄itatē hñtes callide ⁊ colorate circūuenerunt ⁊ talib⁹ simplices cito ɔsentiūt. nō sētientes p̄ma vice dāna eoꝝ q̄ vsurari⁹ vel ali⁹ cupiditatis ꝟuus diuante studiose calculauit ⁊ inuenit suā ɔditionē in tali ɔtractu ad lucrū meliorē Paup aūt nō studuit sup hmōi nec sibi tpūs studēdi vacauit laboribus occupato

Capi. xlviij. in quo ostēdit quō auaricia emptionē mutuationē ꝛc. in abusum ꝑduxit

Iam ex his et lōge añdictis pōt videri quō supcrescens nimia hoim cupiditas cōmutatōes mēoratas q̄ ad releuationē nc̄itatis humane inuēte fuerāt vt sūt emptio venditio mutuatio locatio ⁊ hmōi. ad cōnriū ꝟtit qꝛ in g̃uamē inopum ⁊ nc̄itatē hñtiū q̄ h̄ tpe ab auarl. q̄ꝝ de⁹ denarius est innūeris ɔtractibus circa ɔmutatōes illas dolose circūuenert. q̄b⁹ idcirco ñ releuāt̄ ꝫ tādē supditatis vsurarijs ⁊ alijs auaricie cultorib⁹ ociosis ⁊ inutilibus ex toto paupes attenuāt̄ nō hñtes q̄ inopiā eoꝝ releuēt donatione aut g̃tuita mutuatiōe aut locatiōe vel saltē iusta ēptione a pia vēditiōe Jā vix inuenit̄ xp̄ianus q̄ mia mot⁹ sup paupes aut nc̄itatē hñtes oparios talib⁹ mōis ⁊ pietatis medijs misericordit̄ ⁊ g̃tuite intuitu p̄mij celestis ip̄is sbuenire velit Sz fere oēs a ꝓxis suis luc̄ extorq̄re studēt. vn⁹ p vsurā manifestā alt̄ p occultā. vn⁹ defraudando emptiōe alt̄ vēditione. vnus locatiōe iniq̄ paupem g̃uet. alter etsi vsurā de mutuo nō exigat tñ ꝓ lucro donaria expectat. vel aq̄li sbtilitate sub colore alic⁹ liciti ɔtract⁹ lucrū eq̄ualēs vsure latent̄ obtinē laborat Ois ēgo talis ɔtract⁹ fiēi dr̄ in fraudē vsuraꝝ q̄uis de multis illis ex fōr ɔuinci nō possint ɔtract⁹ vsurarij. Itaq̄ oēs lucrari volunt de pecunijs ⁊ reb⁹ suis vn⁹ mutuū dādo. alt̄ vendendo. terti⁹ emēdo. q̄rt⁹ locādo. mille ingenijs ⁊ astutijs agitant̄ hoies vt suplucrent̄ de tpalib⁹ tpalia. et pauci vl' nulli tāta solicitudie impellunt̄ vt ex tēpalib⁹ lucrent̄ bona et̄na pie donādo et g̃tis mutuādo ⁊ cet̄is ɔmutatiōib⁹ quō in supiorib⁹ fuit declaratū inopib⁹ subueniēdo

Capi. xlix. in quo inq̄rit̄ an diuites tenentur cuilibet petēti subuenire.

Hic q̄ri p̄t vtꝝ abūdantiores in bōis teneāt̄ cuilibꝫ petēti sbuenire g̃tis. videt̄ ꝙ sic ex illo luc̄. vi. Cm̄i petenti te t̄bue Cōn videt̄ ex h̄ ꝙ tūc oi petēti nō t̄buēs peccaret. hoc āt durū esset diuitib⁹ cum plimis petētib⁹

nō dēt. Hic supponēdū ē ex dc̄is
supius ꝙ diuites ex supabūdātijs
suis tenent̄ indigētib⁹ gratis sbue
nire donatione mutuatiōe ⁊ cet̄is
mōis sicut hoc ibi clare ex scriptu
ris deductū fuit. Cū aūt nūc inqui
rit̄ an cuilibet petēti sbuenire tene
ant̄ Rñr ꝙ nō qꝛ discernenduz est
int̄ petētes iuuari ꝑm ꝙ q̄dā taliū
ficte petere pñt. q̄dā abuti iuuami
ne p̄stito. q̄dā illo bñ vti ꝓ vlt̄iori
adq̄renda nc̄itate vite. Quidā oio
st̄ impotētes se laborib⁹ iuuare vt
decrepiti infirmi ꝛc. Petētib⁹ g° ter
tio et 4° mō dc̄is tenent̄ subuenire
diuites ex superabundantijs suis.
His vtpote oino pauꝑibus vl̄
impotētib⁹ vt fame nō deficiant. il
lis vt adiuti medijs laborib⁹ adq̄
rant ꝯpetentē vite nc̄itatē. Qui ta
lib⁹ mutuo sbueniūt inde nihil tꝑa
lis boni sꝑantes recipiūt ꝓ vsura
bona celestia oib⁹ t̄renis potiora
vt in antehabitis diffuse dictū fuit.
Cū ergo ita dictū sit et vere ita sit.
Cur diuites fideles fidez et spem
de bonis in vita futura recipien/
dis hñtes ꝑmittūt inopes mutu/
is vsurarijs impie grauari. Jā ab
iniq̄s iudeis et iā ab impijs xp̄ia/
nis. Cur nō seq̄strant de abūdan/
tijs suis certas sūmas de q̄b⁹ nc̄i/
tatē hñtib⁹ gratis mutuādo bōa
et̄na ꝓ vsuris recipiāt. Quare ob
tātū pietatis meritū q̄libet fideliū
ciuitas vl̄ cōitas. Quinimo de cōi
ei⁹ thesauro sūmā pecuniaꝝ nō se/
parat vt de hac g̃tis mutuū dan/
do indigētib⁹ celestia ꝓ t̄renis su
ꝑlucret̄. Quare etiā q̄libet p̄ncipū
aut p̄latoꝝ ditissimoꝝ qui se bōa
visurū credit in celestib⁹ sil̄r nō fa/
cit? Quid est qd̄ de t̄renis bonis
q̄ possidēt pl⁹ laborāt adq̄rere lu
crū tꝑale q̄z et̄nale? Cū h̄ infinituz
excellēti⁹ sit illo certe timeri p̄t ꝓ/
babilit̄ de multis talib⁹ ne forte ñ
sit in eis fides et spes respectu bo
noꝝ vite fut̄e q̄lis esse debz. Jeꝝ
q̄zuis expediret reipublice in ciui/
tatib⁹ et regionibus esse publicas
stationes pie mutuatiōis sñ vsur.
tñ expediēs nō esset vt de facili a
cuilibet indr̄nter mutuū daret̄ rece
pto pignere vel alia de reddenda
assecuratione. qꝛ multi sunt discoli
sectatores ocij. qui statim ꝓmptā
pecuniā inutiliter ꝯsumerēt. Multi
plus mutuo recipent q̄z soluē pos
sent. Multi tepidi⁹ laborarēt certi
ꝙ qñ volunt pecuniā grat. mutuo
recipe possēt. Ad ista aūt sequunt̄
reꝝ q̄s ꝓ pignerib⁹ posuerūt ꝑdi
tiones et tādē hēditatū in eos q̄
mutuarēt trāslationes ac ꝑ hoc la
borātiū ex toto depauꝑatōes. Nō
min⁹ fortassis q̄z nūc ex eo ꝙ oib⁹
ꝑmittit̄ mutuū recipe cuz vsuris a
iudeis vl̄ xp̄ianis. Nō ēgo expedit
reipublice generalis licētia mutuū
dādi gratis sicut nec cū vsuris. Mi
nus vt estimo lederet rempublicā.
si ꝯsuetudo mutuādi nō essz qꝛ spe
ablata pecunias ꝑ viā mutui ha/
bendi q̄libet feruentius laboraret
ꝓ sibi nc̄arijs nec tot ociosi essent.

Capl̄m. l. Qꝛ diuites in bonis
moralibus tenent̄ amplius subue/
nire illis carentibus.

Post hec addēdū est p̄dc̄is
ꝙ nō solū ex abūdātijs ex
terioꝝ sed magis interio/

rum bonorum subueniendum est inopie indigentiū Inopie quidez maxie morali et spūali. qz amplior solicitudo hñda est vt hoies iuste et sce viuāt q̄z vt viuāt Jō maior solicitudo est hñda de his que iuuāt ad p̄mū q̄z de his q̄ iuuāt ad scdm imo et maior cura esse debet de adq̄renda et ꝯseruāda sanitate corp̄m q̄z de adipiscēda multitudine opū Jñ si de bōis q̄ de⁹ cōiter dat oibus bōis ⁊ mal vt sc̄ vires ⁊ opes tenet defectuosis in talibus subuenire A fortiori sic erit de his q̄bus affluent dedit bōa spūalia vt sūt v̄tutes et scie De q̄bus scriptū ē gratis accepistis g̃tis date Ad qd̄ apl's se obligatū cōfessus est vbi ait Grecis et barbaris sapiētib⁹ et insipiētib⁹ debitor sū ita in me p̄mptū est et vob qui estis rhome euāgelisare Sciam pōt hō cōicare dupl'r qz vel in specie vel in effectu In specie dupl'r quia vel voce vel scp̄to In effectu vero iuuādo indigentē ex scia cōsilijs ⁊ remedijs Sil'r v̄tutib⁹ abūdās eas cōicare p̄t dupl'r. qz vel p̄ eruditōnem vel p̄ exemplarē ꝯseruationē. Pñt etiā ex eis et dñt alioꝝ iopie releuari in q̄ntū aliquaꝝ v̄tutum p̄prie opationes sūt largiri p̄uidē cuilibz qd̄ suū est reddere vt libēalitatis prudētie et iustitie Pl⁹ ergo tenent diuites in sciētijs ⁊ v̄tutib⁹ releuare inopiā moralē q̄z diuites in reb⁹ tp̄alem Si ergo vt habitū est diues in reb⁹ peccat nō iuuando gratis mutuo indigētē. magl. peccat diues in sciētijs speculatis nō erudiēdo ignorātē Magis peccat diues in scia practica vt iurl. ñ dādo g̃tis cōsiliū opp̄sso. magis peccat diues in arte medendi non dans gratis remediū paupi infirmo Et certe adhuc graui⁹ peccāt qui p̄ cōsilijs et remedijs causas hñtium aut infirmitatib⁹ laborantiū recipiūt lōge vltra iustū sui laboris p̄ciū. qz multotiēs in h̄ eos quos pie iuuare tenent grauāt nō min⁹ q̄z diuites qui indigentes iuuare mutuis nolūt nisi ip̄os g̃uēt vsurarijs lucris Sed quid de his qui cet̄is ditiores sunt in viribus corp̄is et aie. nōne et illi tenentur defectuosos in illis releuare? Nō est dubiū q̄n sic vt miles defendendo debiles ab aduersarijs. ⁊ rustici atq̄z mechanici suis laborib⁹ sb̄ueniēdo impotentiū inopijs Sed sūt etiā de illis qui ex virib⁹ a deo ip̄is ꝯcessis nō releuāt sed grauāt nō subueniūt sed ledūt Quales generalit sūt oēs mali milites ⁊ peruersi laboratores qui longe vltra iustū p̄ciū sui laboris recipiūt qñ aliq̄s inopinate eis indiget. vl qñ volūtarie p̄ diē minus laborāt vt plurib⁹ diebus p̄ciū recipiant vel qñ ex defectu artis vel exp̄ientie in his q̄ agere hñt negligunt eos q̄bus laborāt. aut graues expēsas ip̄os hr̄e faciūt quas fiēi nō oporteret si plene scirēt artē quā p̄fitētur De istis impijs et p̄ditis laboratorib⁹ multi inueniūtur int̄ Carpentarios. multi int̄ muratores et pl'imi int̄ vineaꝝ cultores. hui⁹ rei testes mihi sint paupes ⁊ diuites taliū negligētijs ⁊ malitijs dānificati et plures depaupati ꝛc.

Incipiūt capitula secūdi ptis de origine cēsuū. Capi. pm

Post hec de omutatiōibus cōiter venaliū dicta. Jam spēaliter de emptionib⁹ et vēditionib⁹ cēsuū locutur⁹. iudico circa pmitiuā ipoꝝ originē suppo nendū q̄ q̄ñq̄ foꝛo exñte rerū humane nēitati vtiliū. cēsus et reddi/tus nondū fuerūt ꝗ fuit eniz aliqñ q̄ null⁹ de reb⁹ possessis ab alio cē sus aut reddit⁹ habebat nec hri o sietū erat. ꝗ illo tpe quilibet vixit vel de laboꝛib⁹ suis vel de bonis a se possessis nemi obligatis vl cē sualib⁹ factis. et hoc tñ mō hoies oueniēt poterāt politice ouiuere Ptq̄ cū talit viuē cōformi⁹ fuerit ōine sñie qua de⁹ hois pecm puni/ens dixit Maledicta terra in ope tuo In laboꝛibus comedes ex ea cūctis dieb⁹ vite tue In sudoē vul tus tui vesceris pāe tuo donec re/ertaris in tra Quare oportuit cē sus et reddit⁹ introduci q̄b⁹ viue/rent hoies sine laboꝛib⁹? Quomō sustū est vnū de laboꝛibus alteri⁹ viuere ociose. aut de cēsib⁹ cōstitu ēs in rebus alteri⁹ ab ipo laboꝛio se oseruādis q̄ exercēdis? Verūtā rñdet q̄ cēsuū introductio potuit hre q̄ malā et bonā originē Malā q̄dē vt amoꝛē ocij. cū nēarioꝛū co/pia Omñs cōn dictaz penalē sñiam ſiert a deo iuste latuz cupiūt et stu dent varijs mōis sine laboꝛib⁹ ne/cessarijs vite abundare. vt in pnci pio hui⁹ libꝛi dictū fuit Itaq̄ hac de eā q̄ tra sine laboꝛe nō pferet fruct⁹. poterāt q̄dē ostituere cēsus ānuos sup vineis et agris q̄ ipos dare heredib⁹. vēdere poterāt vi/neas et agros p ānuis censib⁹ vt de illis sine cura et laboꝛe vitā trā sigere possint.

Capitu: ij. de his quos censibus viuere expediebat

Bonā vo originē habuerūt vel hre potuerūt census si ñ potentes āpli⁹ laboꝛare rōne senij vel infirmitatis cōstitue rūt sibi reddit⁹ vñ viuerēt in bōis q̄ vel heredib⁹ dederūt vel vendi/derunt alijs Itē si cōitas politica ostituit sup bonis singloꝝ p sustē tatione eoꝝ q̄s ipis in ciuilibus et spūalib⁹ pesse optebat et expedie bat vt sūt pncipes iudices milites epi sacerdotes doctoꝛes vel verbi pdicatoꝛes Cū eni illoꝝ laboꝛes digniores cōi ppo nēarij p cōse/quēda felicitate politica in hac vi/ta et btitudine perpetua post vite hui⁹ trāsitū. impedirent solicitudi nib⁹ et laboꝛib⁹ nēarioꝝ pñtl. vite adq̄sitiuis rōnabile fuit et ē vt ta/lib⁹ a cēcis puideret ostitutiōe cē suū sup possessionib⁹ alioꝝ vl alijs oueniētib⁹ mōis de cōi sustētarēt Et maxie expediebat vt hi q̄ cēcis oib⁹ in his q̄ ad deū ptinent pesse debuerāt ac cultui diuino vacare redditib⁹ dotarent q̄b⁹ sine exteri oꝛi laboē ogruent eoꝝ statui viuē posset. nā hoꝝ laboꝛes sūt ad cō/secutionē vere felicitatis magl. ne cessarij ob hoc maioꝛē ab extēioꝛi bus vacationē req̄rētes. Si ergo pdictis oibus reddit⁹ ostituti sūt vt altioꝛi laboꝛe his recompēsent

quoꝝ laborib⁹ viuūt peccāt singli
p̄dictoꝝ qui actib⁹ eorū statibus
debitis cet̄is nō ꝓficiūt. sed vel in
utiles sūt vel cōnria mala laborā/
tib⁹ inferūt. vt si quoꝝ est defēdē
offendāt. quoꝝ opp̄ssos est libēa/
re opprimāt. q̄ꝝ pacē facere guer
rent quoꝝ est rapinas ꝓhibē spo
liant Isti et ꝯsiles apud deū p̄ua
ti sūt et apud ecc̄iam p̄uādi sūt iu/
re viuēdi de redditib⁹ vel decimis
aut de laborib⁹ eoꝝ erga quos se
taliter hn̄t Liquet itaq̄ qui de red
ditib⁹ viuere ꝑmittendi sint dūmō
alioꝝ labores fideliť recōpensent
operib⁹ eoꝝ statibus debitis Nō
credant ergo qꝛ si crediderint fal
lenť. q̄dā vocati nobiles q̄si nobili
tati eoꝝ debeať vt a rusticanis et
mechanicis laborib⁹ vacent. et de
redditib⁹ vel decimis super bōis
alioꝝ ꝯstitutis viuāt. non sic ꝫ hu
iusmōi ab initio tanq̄ stipēdia cō/
stituta fuerūt. q̄bus ad certa opa
et seruitia cet̄is obligan̄t. et qꝛ bo
na ꝑentum cū oneribus transeūt
in heredes adhuc filij nobiliū ob
ligantur ad eadē

Capi: iij. de his qui nō

sūt ꝑmittēdi cēsibus viuē Et q̄re
nō sint census multiplicandi.

Habebūt ergo nō soluz cle
rici. sed et nobiles qui de/
cimis ⁊ cēsibus ꝓpter mili
taria ꝑuitia ip̄is ꝯstitutis viuunt
districtā rōem reddere si alioꝝ la/
bores ita ꝯsumāt vt nihil eis repē
dant aut in nullo reipublice spūa/
li aut ciuili ꝓficiāt Sz sūt adhuc
qui rōnabiliť non ꝑmittūtur viuē
de r̄dditib⁹ vtpote plebei fortes la
borib⁹ apti Nā hmōi ꝑmittere de
cēsibus viuē q̄d esset nisi ciuitatez
vel cōitatem ociosis et delicati. ho
mibus imo viciosis adimplere. qꝛ
otia dāt vicia. delicatos autem et
ociosos mltiplicare reipublice nō
expedit Igiť. Ex hoc sumiť ratio
vna. q̄re nō expediat cōitatib⁹ ho
minū cēsus et reddit⁹ multiplicare
et indr̄nter ꝑmitti quēlibet viuere
de eis Et est alia rō qꝛ cū om̄s in/
clinenť sine labore satis hr̄e cōtin
geret tādē ꝙ cēsibus nimis multi
plicatis agri et vinee manerent in/
culti ⁊ dom⁹ deserte nimiū redditi
bus grauari Itē adhuc tandē seq̄
reť bonoꝝ oīm immobiliū illibera
tio et intolerabilis obligatio. q̄ n̄
expedit q̄ hēditates dissiparet ⁊ li
tes mltiplicaret Itē seq̄reť impia
pauꝑm exhereditatio qꝛ vt plimū
qui reddit⁹ sup bonis suis vēdūt
sūt pauꝑes indigētia ad h̄ ꝯpulsi
qui cū tādē cēsus tot ꝑsoluere nō
pn̄t cogunť relinq̄re hēditates su/
as illis qui cēsus in eis hn̄t vel cō
pellunť eas ꝓ minori q̄ valent di
uitib⁹ vēdere q̄ oīa impietates sť
lōge a xp̄ianis finib⁹ ꝓscribende.
Cū ꝓpriū sit xp̄ianis pietatē. facē
et charitatiue agē miseris subueni
endo et debitoribus indulgendo.

Ca. iiij. de rebus in q̄b⁹

possit ꝯstitui cēsus et in q̄bus non
Am vt clarescāt magl. dc̄a ⁊ dicē
da. videam⁹ ꝯn̄ter in q̄bus rebus
et qualibus possunt redditus vel
census cōstitui. Pro q̄ aduertē/
dū ꝙ res ab hoibus possesse diui

dunt in res mobiles et imobiles
q̄bus in vtrisq; q̄ vtilitatē vel vsū
vtilē qui non est eaꝝ ɔsūptio hñt
cēsus ɔstitui pñt vt i agris vineis
domib⁹ et ceteris immobilib⁹ Silr
in rebus mobilib⁹ vt in vacca oue
equo et silibus Nā qua rōne p̄t ali
q̄s onerare vincā suā. censu ānuo
de illa q̄diu fuerit porrigēda. ea/
dem rōne p̄t censū ɔstituere super
vaccā suā de illa q̄diu fuerit por/
rigendū ab eo cui⁹ in posterū vac
ca erit vel ꝑ hereditariā successiōz
vel donationē vel emptionē Vtꝝ
aūt sup dato aiali vt super vacca
possint ɔstitui reddit⁹ ꝑpetui vni⁹
libre cere vel dimidie et quō h̄ lici/
te fieri possit et quō nō. volui hic
dicē sed nō habui tpūs ɔsiderādi
Nec fui adhuc plene informat⁹ de
illis imortalib⁹ vaccis q̄s hic ecc̄ie
q̄dā hr̄e dicūt. Dicā ergo postea
de illa mat̄ia q̄d ratio dictet Hoc
ergo dimisso patet ex dictis ꝙ de
cōi cursu cēsus et res in q̄bus ɔsti
tuit sunt coeui Ita ꝙ si res sine ne/
gligētia possidētis vel ip̄o ꝓhibē
nō potēte desinat ꝛc. aut inutil fiat
vel auferat cēsus nō poterit āpli⁹
exigi iuste ab illo qui ip̄m dare cō
sueuit Rō est qꝛ obligatio ad cēsū
cadit p̄marie in rē in qua ɔstituit
et nō in ꝑsonaz rē possidentis Si
q̄rat an cēsus pñt ɔstitui in ꝑsona
hois vel in cōitate hoim Rñr ꝙ si
seruit⁹ est iusta ꝑm aliquē modum
vt q̄busdā videt vtiq; dñs p̄t cō/
stituere alicui censū in seruo quem
emit iuxta q̄ntitatē vtilitatis quā
seruus ille ꝑ ānū facere pōt ⁊ hoc
eadē rōne qua p̄t censū ponere in
alio aiali vtili qd̄ suū est vt in vac
ca asino vel equo An v̄o hoi libe/
ro qui est sui iuris vel libere cōita/
ti hoim liceat se censualē ɔstituere
alteri homi vel cōitati Dubiū hz
Cū q̄busdā videat ꝙ nō eo ꝙ ex
naturali cōditione et originali di/
gnitate hō sic liber est ꝙ nec ip̄e se
nec ali⁹ ip̄m iuste ꝑuilez facere pōt
nisi in penā pcc̄i Aliis videt ꝙ hō
p̄t licite se ip̄m obligare q̄diu vi/
xerit et laborare poterit ad reddē
dū alteri hoi vl alicui ecc̄ie aut ca
pelle ānualiter aliquā ꝑtē pecunie
iuxta q̄ntitatem lucri qd̄ ex suo la
bore ꝑ ānū adq̄rere pōt ⁊ ɔsueuit
h̄ aūt q̄d aliud ē q̄ ɔstituere in se
ip̄o censū ānualē ꝓ parte vite sue

Capitu. v. quot modis

census reddatur iniquus

Deinceps ɔsiderationē fle
ctendo ad iniq̄tatē vel eq̄
tatē censuū occurrit ꝙ cen
sus duplicit reddit iniqu⁹ vel iniu
stus. p̄mo si ɔstitut⁹ sit in re q̄ nō
est capax cēsuū vt in ꝑsona hois
ꝑm vnā opionē Vel si ɔstituat in
re nō hñte vsū vtilē p̄ter rei cōsum
ptionē vt si cōstituat i nuda pecu/
nia aut in vino seu pane vel in ali
quo hmōi Vñ pz ꝙ nō sēꝑ in re/
bus eq̄lis valoris pñt eq̄les cens⁹
ɔstitui v̄bi gr̄a Si dom⁹ mea ⁊ cē
tū libre eq̄ualeāt nō possū cōcedē
cētū libras ꝓ ānuo censu decem li
braꝝ sic possū ɔcedē domū. qꝛ in
p̄mo ē manifesta vsura licz vōbu/
lo census appellent In scd̄o vero
nō Cuius rō dicta fuit Scd̄o cen/
sus ānualis reddit iniustus si nō

fuerit notabilit̄ minor vtilitate q̄z res ferre pōt ꝑ annū demptis ab eadē expensis pro ꝯseruatione rei vel ꝓ deductione ip̄ius ad fructū His ita de origine cēsuū generaliter dictis iā ꝑticulari⁹ loquēdo volo ex illis et ante habitis aliq̄s ꝯclusiones elicere quaꝝ p̄ma est

Capi.vj. de radice emptionis et venditionis reddituū

Non ex vna radice ꝓcesser̄t emptio et vēditio rerum ⁊ emptio et venditio reddituū. appet qꝛ vt in supiorib⁹ visuz est p̄mū simpl̄r exigebat cōis hūani conuictus nc̄itas et ꝯmoditas. Nam vt rerū huic vite nc̄ariaꝝ copia haberet̄ oportūa expediebat ꝙ nō quilibet ꝓ q̄buslibet sibi nc̄arijs ꝓ se laboraret. ꝫ ꝙ diuersi laborarēt ꝓ diuersis circa diuēsa vt vn⁹ circa terram alter circa aīalia terti⁹ circa artificia Vñ cōtigit ꝙ vn⁹ indigebat de rebus vtilib⁹ ꝑ aliū factis vel adq̄sitis et econuerso Et ergo vt cōi indigētie succurreret̄ rō dictabat vt s̄m eq̄ualētiā iustā fierēt reꝝ ꝯmutatōnes. vtpote bladi pro vino panis ꝓ blado calceoꝝ ꝓ panno ꝛc. Hoc inq̄z fiebat p̄us q̄z esset numisma. quo cōmodosius oīm vtiliū valor mensuraret̄. Inuēto aūt numismate ⁊ supcrescente auaricia cogitatū est a filijs adā quō secure sine laborib⁹ possēt hāc vitā in om̄ibus nc̄arijs trāsigere Pro quo q̄dā ceper̄t sibi ꝑ mutuationē ꝓuidere ad vsuram Quidā ꝑ emptionē reddituū ꝓ ꝑpetuo. quidā ad vitā. q̄dā per emptiones reꝝ ad det̄minatū tēpus Quidā alijs mōis varijs studuer̄t quō ociose viuēdo reꝝ oīm copiā hr̄ent et ita de humeris suis excuterēt illā legem penalē a deo filijs adā generalit̄ ꝓ pcc̄is impositā q̄ dr̄ In sudoē vult⁹ tui vescerl. pane tuo donec reuertaris in terrā ꝛc.

Capi.vij. ꝙ emptio et vēditio reddituū reipublice obest

Alia ꝯclusio est Nō sicut cōfert vtilitati cōi emptio et vēditio reꝝ Ita ꝓdest emptio et vēditio reddituū ꝫ pl̄imuz obest. Deducit̄ ex p̄cedēti qꝛ primū vt patuit exposcit indigētia ciuilis cōitatis. Scd̄m v̄o introduxit pl̄imū et introductū ꝯtinuat. ꝑsonalis quorūdam cupiditas aut satis habēdi sine labore voluptas. Qꝛ imo et multum obsit reipublice ptz qꝛ licētia generalis emēdi redditus ad vitā vel ꝑpetue ociosos reipublice inutiles mltiplicat. pauperes grauat. hereditates onerat et tādē alienat. āplificat auariciā facit pecuniaꝝ caristiaz. qñ q̄libet coaceruat eas vt tandē sibi senescenti. vel ocio vacare cupiēti redditus ꝯparet. q̄b⁹ secure vitā trāsigat pñtem Ex hoc ergo vidēi p̄t ꝙ si forsā pl̄es ēptionis reddituū mōi sint liciti. non tñ reipublice expediūt Sicut et in alijs multa hoibus licent pl̄ibus modis supius descriptis que ipsis ꝓpter seq̄las et occasiones malorū ꝓpinquas non expediunt. nec apostolus de hoc siluit. ꝫ vigilāter h̄ attēdendū āmonuit Vbi dixit Om̄ia mihi li/

cēt sed nō oia expediūt.p̄.ad cor. vi. Et ido a rectorib⁹ reipublice spiritualis et ciuilis multi ɔtract⁹.mlti hoim gestus actus et ludi ꝓhibendi sūt q̄uis ꝑm se illiciti ꝓbari nō possint.qꝛ p̄sidentiū est nō solū ꝓhibere ea q̄ ꝑ se mala sūt.ꝫ etiā illa que de ꝓpinquo ad mala inducūt.sicut ip̄oꝝ est nō solū p̄cipere v̄tutes.ꝫ ea q̄ ad ip̄as disponunt et a vicijs oppositis retrahunt ordinare

Ca.viij.contra ēptionē rerum ad tempus

Contractus vocate emptōnis rerū ad tp̄ūs quez cupiditas introduxit. g̃uat inopes vt vsura vel plus. Declarat̄ nā inopes vel quos repentina nc̄itas p̄mit recurrē solent ad diuites petēdo releuamē vl̄ dono charitatis vel mutuo pietatis Et dū vtroq; mō eos iuuare recusant nc̄itate coacti ꝑati sunt eis de mutuatis ad tp̄ūs vsurā dare.quam qꝛ multi eorū qui sine labore q̄rūt ditari recipe ausi nō fuerūt Aliqui ꝓpter manifestā iniq̄tatē. Aliq̄ ad vitādū o ꝓpbriuz inuenerūt modū quo sub colore cuiusdā cōtractus p̄tense ēptionis q̄ de pecunia quā paup̄ sibi mutuari petiuit tātum lucrū vel mai⁹ per datū tp̄ūs reciperēt q̄ntū ꝑ illud tp̄ūs vsurā recipiendo de illa pecūia hr̄e possent. Dicit ergo de talib⁹ aliq̄s vende mihi rem v̄bi gr̄a.domū quā propignere offers ꝑ aliq̄t ānos ꝓ q̄ntitate.pecunie qua modo indiges Alioq̄n nō habebis Coactus igit̄ paup̄ egestate vendit sibi domum valentē centū libras ꝓ decē libris ꝑ annū vnū.cōtractu facto diues locat domū v̄bi gr̄a ꝓ decē libris quas āno elapso de ɔsueto censu illius dom⁹ recipit et ita diues q̄ fuit tēpe int̄medio ꝓpter valorem dom⁹ de p̄ncipali cā certus.sicut si eā in pign⁹ recepisset lucrat̄ decez libras q̄ paupi accreuissent de re sua si dom⁹ in pignus ꝓ decē libr. a diuite vt petiuit recepta n̄ fuisset nōne signū ꝙ cōtractus ille a malo sic est ꝙ null⁹ diues vel nc̄itate nō ɔpulsus vellet domū vēdere ꝑ ānū ꝓ minori pecunia q̄ ānualis cēsus valet.qꝛ reputaret se ꝑdere cū ex locatione plus habē posset. Ecce ergo quō ꝑ hūc emptionis modū paupi lōge āplius deperit q̄ si de decē libris ꝑ ānū mutuat. etiā tres vel q̄ttuor libras ꝓ vsura dedisset.ptz itaq; qua intētione illius emptionis modū astuta filiorū hui⁹ seculi cupiditas introduxit et quō ꝑ huiuscemōi ɔtractum impietate plenū plus deperit paupibus de supabūdantijs diuitū iux̄ euāgelica p̄cepta pie iuuādis q̄ si ab iniquis xp̄ianis vel ꝑfidis iudeis pecunias ad cōem mutuarēt̄ vsurā Iste est modus emptionis quo diuites efficiūtur locupletiores et paupes indigētiores Iste ē mod⁹ quo xp̄iani min⁹ de pietate faciūt fr̄ibus suis q̄ faciūt iudei xp̄ianis Iste est mod⁹ q̄ paupes citi⁹ hereditates suas simpl̄r alienare cogūtur et vna cuz puerl.ad

extremā inopiā ꝑueniūt Iste est ꝯ tractus quē p̄res nostri p̄oris cui quo adhuc charitas viguit ⁊ pietas inopib⁹ subuenit feliciter vestiuerūt. refrigescēte aūt charitate et crescente cupiditate. quidā eorum posteri oīno filij huius seculi facti hūc ꝯtractū cum alijs multis sibi mediū lucrādi tātū sine labore sub colore emptionis ꝯstituerūt q̄ntū lucrari possent pecunias mutuando ad vsuram.

Ca. ix. de deuiatione predicti contractus

